LAEVS TERVLA QVINTVM

CANCELLAT IN ORIS SVIS

PRIVILEGIORVM AD RELATIO

PATENTIS CHRIPHIS D. PETRI

LICZKI EPI VAR REGNI

POLO VICECAN AD A D 1604

ET VI

148

1

Conscriuo Vaskonis molitor, in usu molendini in fluuio Mona: Stinsit.

Sigismundus tertius Dei gratia Rex Polonie magnus Dux Lithuanie Russie Prussie Masouie Samogitie Liuonie &c. ac
per non Suecorum Gothorum Vandalorq hereditarius Rex

Significamus presentibus literis nostris quorum interest vniuersis et singulis. Quia nos ad intercessionem rectorum consiliariorum no: strorum nomine laboriosi Vasskonis Molitoris filij Lauorini de villa Smolin ad capitaneatum nrum Lubaczouien pertinen apud nos fact. eum in vsu et possessione molendini in fluuio Monastiri inter Smolin et Radrusze iacen omniburq eius emolumentis conser: uan et relinquen esse duximus prout conseruamus et relinquimq presentibus literis nostris, atq hoc ipsum molendinum ipsi vixe aduitali conferimus, ita quod predictum molendinum cum omni: bus illius attinentijs et pertinen agris, pratis, hortis, campis, com: modis, et vtilitatibus vniuersis et singulis, a Generoso olim Joanne Plaza capitaneo nostro Lubaczouien assignat., alias iuxta lras origin les, prout illud prefatus pater illius tenuit et possedit, i: dem quoq Vasko, pleno iure aduitalitio, tenebit, habebit, et pos: sidebit, eisq bonis omnibus quiete, vtetur, fruetur, ad extrema vsq vite sue tempora. Promittimusq pro nobis et nris successo: ribus nostris, quod quamdiu idem Vassko vixerit, eum absque et possessione dicti molendini emolumentorum, suarumq attinentiaq omnium, vllam ob nostram et Reipub. necessitatem non amo ve: bimus nec alienabimus quin saluum integrumq iure aduitali: tium in eis bonis ipsi cum nris successoribus nris prestabimus.

Post decessum vero illius Vaskomis non priùs successores pos-
sessione et usu eius molendini cedere tenebuntur quam summa
mico molendino inscripta vel ex taxatione commissariorum pro-
uenies illis integrè persoluta et numerata fuerit. Iuxubis
mis Regalibus Reipub.ᵉ et Ecclesiæ catholicæ salutis ibidem
per omnia manen. In cuius rei fidem &c. Datum Cracouiæ
die quarta Mensis Januarij Anno Domini M. D. C. III
Regnorum nrorum Poloniæ XVI Sueciæ vero anno IX°

Sigismundus Rex

Munus publici Notarij terræ Prussiæ Melchiori Kusch confertur

Sigismundus &c.ª Significamus &c.ª quòd cum Notariorum
publicorum in Regno ac dominijs nostris maximè egerimus in Terris
nris Prussiæ plurimus is quòd necessarius opus sit. habeamus ꝙs
commendatam Egregij Melchioris Kusch civis Gedanen. sis
fidem, integritatem, et eruditionem faciendum nobis arbitra-
ti sumus, vt ipsum in publicum, et authenticum Notarium ordi-
naremus crearemusq, vti quidem autoritate nostra Regia or-
diamus creamusq; præsentibus literis nostris, damus et conce-
dentes eidem plenam omnimodamq; potestatem, per omnes civi-
tates, Oppida, castra, et villas in omnibus Regni Dominiorumq;
nostrorum ditionibus contractus, instrumenta, documenta
testamenta et ultimas voluntates, conscribendi, conficiendi
subscribendi aliasq; omnia et singula iuxta morem et con-
suetudinem aliorum Notariorum officia aperi et exercen-
qua hic pro insertis et specificatis haberi volumus. Atque
quidem prædicto Melchiore Kusch, de officio Notariatus
fideliter

fideliter administrandam facultatem corporalis iuramenti recipiendi officio Burgrabÿ Gedanen. moderni committimus praesentibus literis nostris. Quod omnibus ac singulis quorum interest, circunscriptis statub conditionis, et dymittatis subditis nostris hisce denunciamus mandantes, vt praememoratum Melchiorem Tusch pro vero et legitimo Notario publico habeant et agnoscant, eundemq officium Notariatus sui libere exercere permittant. In cuius rei fidem &c. Datum Cracouiae die quarta Mensis Januarij Anno Dni M. D. C. III Regnorum nostrorum Polonie XVI Sueciae vero anno IX

Sigismundus Rex

Consensus Joanni Zalieski super cessionem de Sculteția in villa magna Mÿtarza in personam Generosae Annae de Malachowice Bÿlinowa

Sigismundus &c. Significamus &c. consensisse et permisisse nos consentireq et permittere praesentibus literis mis Nobili Joanni Zalieski, vt possit et valeat de omni et integro iure suo aduitalitio quod illi super Sculteţiam in villa nra magna Mÿtarza in Tenuta Osiecensi prope Oppidum Zmi: grod sitt? summasq pecuniarias in eadem Sculteţia inscriptas competit Generosae Annae de Malachowice relictae consorti Generosi olim Petri Bÿlina Subdapiferi terrae Cracouien' quandocunq et coram quibuscunq Regni nri Actis voluerit cedere et condescendere. Cuiq quidem cessioni iurisq transfusio postquam peracta et recognita fuerit, nos et Regni successores nostri illam ratam et gratam habituri sumus. Eiusq

cessionis vigore commemorata Generosa Anna Byliniowa
supradicta Scultetia potietur ipsamq3 cum suis ommibus perti-
nentijs, fructibus, prouentibus, et emolumentis ad eam spectan-
tibus nullis exceptis tenebit, habebit, possidebit, ac vtifruet
ad extrema vsq3 vitae suae tempora. Promittimusq3 pro nobis et
hermis successoribus nris, non esse nos et eosdem successores nostros
ipsam a possessione et vsufructu dictae Scultetia suarumq3 perti-
nentiarum amoturos, quin imo pacifica et quieta possone
et vsufructu donec vixerit conseruaturos. Post cuius decessu
non prius successores illius mle cedere debebunt donec ipsis
summa pecuniaria ibidem inscripta persoluta et numerata
fuerit. In cuius rei fidem &c. Datum Cracouiae die
sexta Mensis Ianuary Anno Domini M. D. C. III Regno-
rum nrorum Poloniae XVI Sueciae vero anno IX

Sigismundus Rex

Facultas Annae Godliewska cedendi Officina uitreariam per-
sonam Sebastiani Pruskowski

Sigismundus &c. Significamus &c. Quod cum relatu
nobis esset per certos consiliarios nostros nomine Nobilis An-
nae Nobilis olim Stanislai Godliewski relictae officinae
vitreariae in capitaneatu Lubaczouien sitae possessoris con-
stituisse et animum mouisse eam de iure suo ad eandem
officinam summamq3 pecuniariam inscriptam sibi seruien-
ti Nobili Sebestiano Pruskowski cedere et condescendere con-
sensumq3 ad id nrum per eosdem consiliarios nostros requisisse

non negandum

non negandum eam sibi ad eorum supplicationem exis-
timauimus. Quare potestatem illi fecimus facimusq3 literis
hisce nostris cedendi ad Acta quacunq3 authentica Regni de
eodem omni iure suo ad prefatam officinam summamq3 pecu-
niariam in eam scriptam habito eidem Nobili Sebastiano Pru-
skowski ipsamq3 recognitionem cessionis postea quam per e:
andem Annam Godliewska sibi facta et recognita fuerit va:
tam et gratam habituri sumus non secusq3 eam valere volu:
mus ac si coram nobis facta fuisset. Insuper volentes uberio:
ris gratie nostre in prefato Sebestiano Pruskowski extare
testimonium ipsi eam officinam Vitreariam cum omnibus
eius fundis, agris, pratis, hortis, attinentijs et pertinentijs u:
niuersis, nullis penitus exclusis ita prout ab eadem Anna
Godliewska possidebatur in usumfructum et possionem ad
vite eius extrema tempora damus et consentimus. Ita tamen
quod censum quatuor marcarum iuxta quietationes ex ea
dari solitum capitaneo Zubagouien quotannis soluere
debebit. Promittimusq pro nobis et de nostris successoribus nos
quamdiu idem Sebastianus Pruskowski uixerit non esse
nos heredesq3 successores nostros officina memorata ullam ob
causam necessitatemue aut nostram publicam eum priuatim
nos neq3 cuiquam hominum priuandi et redimendi potestate
concessuros, imo conseruaturos eum in usu et possessione eius
officine vitreariæ ad extremum usq3 vite eius terminum.
Post decessum vero eius eiusdem Pruskowski non prius suc:
cessores illius dicte officine possessione cedere debebunt qua
summa ibidem existens illis plenarie persoluta et numerata
fuerit. Cunctis nris Regalibus Reipub.e et Ecclie saltem licite
salvis ibidem manen In cuius rei fidem &c Datum Cracouie
die septima Mensis Januarij Anno Domini M.D.C.III Re:
gnorum nrorum Polonie XVI Suecie vero IX

Sigismundus Rex

Villa Pruska Gnóso Christóphoro
Golkowski iure aduitali datur

Sigismundus &c. Significamus &c. Quod cum Gene-
rosus Christophorus Golkowski Tribunus Varsauien
ab ipsa pene puericitia Serenissimæ olim
Annæ Reginæ Poloniæ materteræ nostræ desyderatissimæ
seruitijs addictus ea honestatis, modestiæ, atqs integritat
documenta ediderit fidemqz et diligentiam suam ita eidē
matertera nra probauerit, vt etiam magnis arduisqs in nego-
cijs opera eius multoties vsa fuerit. Morte vero eius postquā
ad obsequia nobis præstanda sese contulit, quam vnguam
ortonem qua de nobis non optime mereretur sibi excipi pass
est? Hinc illius nobiscum in Regnum nrum Sueciæ et Li-
voniam dum contra Dacem sacrolum hostem Regni expe-
ditionem susciperemus non sine magno rerum salutisqz sua
dispendio profectio: hinc assiduitas, fides, et diligentia
in seruitijsqz nobis reddendis et negocijs sibi commissis exe-
quendis, singularis, Quorum nomine ita nobis carus gra-
tusq est vt omni occasione cupiamus ei gratificari, mor-
temqz Nobilis Martini Jankowicki villa nra Pruska
in Palatinatu Podlachiæ et districtu Branscen vacante
volentes aliquod beneficentiæ nræ in eum extare testimo-
nium prædictam villam Pruska, cum prædio, molendinis
stagnis, piscinis, subditis, colonis, syluis, alijsqz villæ eiusdē
omnibus et singulis attinentijs pertinentijsqz generaliter
vniuersis nullis penitus exceptis, nec pro nobis Thesaurо
et quopiam alio exceptis seu omnibus in genere et singu-
lis in specie comprehensis dandam et conferen ei esse duxi-
mus prout quidem damus et conferimus præsentibus lite-
nostris, per eum cum omnibus finctibus, prouentibus, et reddi-
tibus

tibus vniuersis atq ita prout ab alijs possessoribus antiqui-
tus possidebatur ad extrema vitæ ipsius tempora tenet habet
et possidet. Promittimusq pro nobis et Sermis successoribus nris
quod quamdiu prænominatus Dolkowski vixerit non esse nos
eum ab vsu et possessione dictæ villæ Pruska et quicq ad eam
pertinens exigent id etiam quamis nostra et Reipub. necessitate
amoturos aut alienaturos neq amouendi aut alienandi cui-
piam potestatem facturos, sed potius eum in pacifica adhuc alig
possessione conservabimus sexmq successores nri conservabunt
Ea tamen conditione vt de prædicta villa quartam prouentuū
partem in defensionem Reipub. quotannis loco et tempore con-
stitutionibus Regni descripto in Thesaurum Regni inferre
teneatur ritq adstrictus. Cæteris vero nris Regalibus Reipub.
et Ecclesiæ catholicæ et aliis ibidem manet. In cuius rei
fidem &c Datum Cracouiæ die x^a Mensis Ianuarij
Anno Domini M.D.C.IIJ Regnorum nrorum Poloniæ
XVI Sueciæ vero amo IX

Sigismundus Rex

Ius caducum in Bochnia Se-
uerino Krosnowski confertur

Sigismundus &c^a Significamus &c^a Quod cum deuolu-
ta essent ad nos Fiscumq nrum Regium certis de causis vixe
caduca bona omnia mobilia et immobilia quorundam infide-
lium Jacobi Franckoms et Isaaci Josephowic dicti Uzonka
Judæorum ciuitatis nræ Bochnen eadem nos omnia et sin-
gula bona in et extra ciuitatem nram Bochnen existencia tumet
summas pecuniarias apud quasuis personas intra hoc Regnum locorū
existentes Nobili Seuerino Krosnowski subditario nostro dan
et conferen esse duximus prout damus et conferimus pfen lis

nostris per eum legitima viarum á quibuscunq; personis et
eorum possessoribus vindicãn et in possessionem apprahendeñ
eaq; teneñ habeñ et possideñ, danñ, donañ, vendeñ, commutañ
alienañ ac in suos successorumq; suorum beneplacitos usus conver-
teñ perpetuo et in æuum. Quod omnibus et singulis quorum in-
teresse præsertim vero demon Judæorum Bolsneñ aliisq; sub
quorum iurisdictione bona prafata existunt ad notitiam de-
ducimus mandañ vt donationem nr̃am præsentem quam primũ
á prædicto Donatario nr̃o ea de re compellati fuerint ad effe-
ctum et in exegutionem deducant, eiq; in ademda bonor,
præfatorum iuris caduci possessione operam suam pro ratione
officiorum suorum præstent, vel hi in quorum manibus et potestate
illa fuerint absq; mora et recusatione quamis ipsi tradant
Pro gratia nr̃a In cuius rei fidem &c Datum Cracouiæ die
xiij Mensis Januarij Anno Domini M.D.C.lxj Rẽgnorum
nostrorum Poloniæ xvi Sueciæ vero ix

Sigismundus Rex

Martinus Milbinger in ser-
uitorem Sac.ã R.ã Altis assumit

Sigismundus &c Significamus &c quam com-
mendatam haberemus honesti ac Egregij Martini Mil-
binger Artificis nri auri fabrili arte pezitam industriam
ac promptum erga nros obsequendi studium: eidem gra-
tiã beneficentiaq; nostra significationem et testimonii
aliquod constare augmenti præterea nonnihil fortunis ipsi-
us ab eadem gratia nostra accedere cupiẽs eundem in nu-
merum seruitorum nostrorum pro aurifabro proprio sanct

Vulgari

pulgari nostro, asscribendum, cooptandum atqꝫ pro vsibus
nostris peculiaribus suscipiendum esse duximus, vtiquidem hisce
præsentibus nostris literis, asscribimus, cooptamus, ac suscipimus
plenam omnimodamqꝫ ipsi facultatem concedẽ. Aulæ nræ
Comitatum quocunqꝫ sequendi merces ibidem suas quascunqꝫ
venum exponendi distrahendigz, libera item habitatione ex
officio seruitoribus nostris mi scribi concedig, solitã vtenꝫ. ac
demigz omnibus ac singulis alijs libertatibus, immunitati-
bus, ac prærogatiuis, quibus cæteri seruitores ac artifices
nostri seu iure seu recepta etiam consuetudine gaudent ac
fruuntur, pleno iure citrà quorumuis hominum contradictio-
nem aut impedimentum gaudendi ac fruendi. Quod vniuer-
sis ac singulis, quorum id interest, inprimis verò Regni iurisdꝫ
nostræ Magistratibus ac officialibus, hisce denunciantes
mandamus vt prædictum honestum Martinum Milbin-
ger pro vero legitimoqꝫ seruitore et Aurifabro nostro pro-
prio, agnoscant, habeant, reputentgz, eum libertatibus præ-
rogatiuis ac immunitatibus prædictis omnibus iure seu consue-
tudine seruitoribus nostris competentibus libere integrẽqꝫ
vti, frui, ac gaudere permittant, permittig procurent et in eo-
rundem vsu à quorumuis personarum impetitione ac impedimẽ-
to, manuteneant ac defendant; Eo gratiæ nostræ officio-
rumqꝫ suorum debito. In cuius rei fidem ac euidentius te-
stimonium rꝰ Datum Cracouiæ die XII Mensis Janu-
arij Anno Dñi M. D. C. IJ Regnorum nrorum Poloniæ
decimo sexto Sueciæ verò anno IX°

Sigismundus Rex

Bona olim Fidei at Moscho-

uita iuie Caduco Vládissla o Ben-
dzÿ militi donantur

Sigismundus &c. Tenore &c. Quia nos bona omnia
mobilia et immobilia summas q3 pecuniarias siue parata
siue aliqua ratione obligat apud quasuis personas aut vbilg
locorum existentes in Regno nimirum et Dominijs nostris
post obitum cuiusdam militis Veltat Moscouita certis
de causis ad Fiscum dispositionem q3 nram iure caduco de-
uolut nobili Vladislao Bendzy militi nostro suisq3 legiti-
mis successoribus iure perpetuo et irreuocabilis donationis
danda et conferenda esse duximus vti quidem damus et con-
ferimus praesentibus literis nostris, ita vt eadem bona Caduca o
mnia et singula tum et summas in parata pecunia, quam in
Supellectili, alijsq3 rebus vbicunq3 locorum consisten, inqui-
rat iure adeat, et in possessionem suam vindicet, teneat, ha-
beat, possideat, et in suos successorum suorum quosuis bene-
placitos vsus eodem pleno iure conuertat. Quod omnibus et
singulis praesertim vero Magistratui tam Castren quam ciui-
li Sandecen exterisq3 subquorum iurisdictione bona Ipsa
consistunt, notum esse volumus mandamusq3 vt requisiti á
praedicto Donatario nostro bona omnia supradicta quae
cunque reperta fuerint vigore praesentis Donationis nostrae
ipsi in realem et actualem possessionem tradant et assignet
curentq3 vt sine grauis mora et difficultate ijsdem bonis
quamprimum potiatur. Pro gratia nostra In cuius rei fi-
dem &c. Datum Cracouiae die xx.a Mensis Januarij
Anno Domini M. D. C. Ll Regnorum nostrorum Po-
loniae decimo Sexto Suecie vero IX.o Sigismundy &c.

Tribunatg

Tribunat Sendomiensis Hie:
ronijmo Balinski confertur

Sigismundus vc. Significamus vc. Quia nos com:
mendatam habentes Generosi Hieronymi Balinski in
nos singularem fidem erga Rempub. flagrans studium
et in rebus gerendis dexteritatem, ipsi munus Tribuni
Sendomiensis mortuo Generoso olim Andrea Szdemiaw a
vacans dandum et conferendum esse duximus, vti quidem
cum omnibus iuribus, prærogatiuis, prouentibus et obuentio:
nibus generaliter vniuersis ad vitæ eius extrema tempora
vel amplioris alicuius dignitatis vel officij assecutionem
obtinen damus et consentimus præsentium literarum auto:
ritate. Quo omnibus quorum interest, præsertim vero Di:
gnitarijs, et officialibus totiq nobilitati Palatinatus
Sendomiensis ad notitiam deductimus mandamusq vt præ:
nominatum Generosum Hieronymum Balinski pro vero
et legitimo Tribuno Sandomiensi habeant et agnoscant
atq de loco prærogatiuis, iuribus at reditibus omnibus
muneri huic iure vel antiquitus recepta consuetudine de:
bitis eidem respondeant et ab alijs responden faciant
Pro gratia nra. In cuius rei fidem vc Datum Cracouiæ
die xx Mensis Januarij Anno Domini M. D. CIII
Regnorum nostrorum Polonia xvi Suecia vero ix°

Sigismundus Rex

Consensus Alberto krogule

cki datius. cedeꝝ Aduocatiam
Rabrod Stamio Rabrocki et cõuiui
cius

VPG

igismundus ꝛc Significamus ꝛc consensisse et permisis-
se consentireq; presentibus Nobili Alberto Krogulecky
vt iuris suum aduitalitium quod illi super Aduocatiam seu sul-
tetiam in villa nra Rabrod ad Tenutam Lipnicen pertin en in
Palatinatu Racouien dit competit in personas honestorum
stamislai Rabrodzki et Helizabet sa coniugum transferre
et transfundere possit et valeat. Cui quidem resio et nris
transfusio vt primum ad Acta curiar autentica Regni per-
acta fuerit eam nos non modo ratam et gratam habituri su-
mus, verum etiam eisdem coniugibus vtriq; in solidum tam
coniunctim quam diuisim prenominatam Aduocatiam seu
sultetiam cum omnibus suis fundis, agris, campis, pascuis, syl-
uis commodis, vtilitatibus, attinentijs et pertinentijs vniuersis
nullis exceptis non pro se aut quopiam alio reseruatis, ita pro-
ut in suis metis, et limitibus consistit damus et conferimus
presentibus literis nostris ad vita vtriusq; vel alterius eorq;
extrema tempora tenendam habendam, vtifruendam quieteq;
et pacifice possidendam. Promitten verbo nostro Regio
pro nobis et Serenis successoribus nostris quod quamdiu pre-
nominati coniuges vixerint, vel alter eorum superuixerit
eos a possessione dicte Aduocatie ac eius quarumcunq; attin-
nentiarum non amouebimus, amouendiue aut alienandi
cuiquam facultatem dabimus exigente id licet quamis nostra
ardua et Reipub. necessitate, imo ipsis et alteri eorum to-
tum et integrum ius aduitalitium ibidem et nos conseruabi-
mus et Serenis successores nostri idipsum facturi sunt

Porro

Porro eisdem vita functis non prius successores ipsorum
de prafata Aduocatia seu Scultetia bonis condescendere te:
nebuntur quam summa ibidem existens, vel ex taxa com:
missariorum legitime proueniens ipsis integre persoluta fuc:
rit. Juribus mis Regalibus Reipub.ae et Ecclesie saluis et
manen saluis. In cuius rei fidem vt Datum Cracouie
Die xxvii Mensis Januarij Anno Domini M. D. C. lij
Regnorum nrorum Polonie xvi Suecie vero anno ix°

Sigismundus Rex

Aduitalitas super mansum agri in wielgawieś Luca Bendorski dat.

Sigismundus vt significamus vt Quianos ad mi texes:
sionem rectorum hospitalariorum nostrorum nomine Nobilis Lu:
ca Bendorski apud nos fact, faciendum nobis duximus, vt
eidem vnum mansum agri in fundo villa Wielgawieś, sub ciui:
tate nra Petricouien sit, post obitum Nobilis olim Henrici
Myslibor ski ad nram dispositionem deuolut iure aduitalitio
daremus et conferremus quemadmodum quidem damus et con:
ferimus presentibus, eum mansum agri rum omnibus et singulis
eius attinentijs et pertinentijs, pratis, hortis, pascuis, commodis
et vtilitatibus vniuersis ad eum ex antiquo spectan, ita prout
eum predictus olim Henricus Myslibor skj tenuit, habuit
et possedit, quemadmodum relatum et longum protenditur
per eum quoq; Nobilem Bendorski iure aduitali tenen
haben et possiden pacifice et quiete vtifruen ad extrema
vite sue tempora. Promitten nostro et sex morum suc:

tessorum nostrorum nomine, quamdiu prædictus Nobilis Lucas
Bendorski vixerit non esse nos eundem possessione et usu eius de
manso privaturos, aut alienaturos neq; privandi aut alienandi
cuiquam potestatem facturos, quin potius eundem in quieta eius
manso possessione ac integro usu quo ad vixerit conservabimus
Hermg; successores nri conservabunt. Post decessum vero illius
dicti mansi dispositio ad nos Hermos q; successores nros plenarie
redibit, Juribus nris Regalibus Reipub. et Ecclesiæ catholicæ
salvis ubidem per omnia manen. In cuius rei fidem &c. Da:
tum Cracoviæ die xxviij Mensis januarij Anno Domini
M. D. C. ly Regnorum nostrorum Poloniæ xvi Sueciæ vo ixo

Sigismundus Rex

Consensus Gabrielis Gladyss dat9 cedens Aduocatia in villa Pisa-rzowa Martino Syngoth

Sigismundus &c. Scamus &c. Consensisse ac per-
misisse nos concedere q; ac permittere præsentibus Nobili Ga-
brieli Gladyss vt possit et valeat de omni iure suo aduitali
quod illi super Aduocatiam seu Scultetiam, in villa nra Pi-
sarzowa capitaneatus Sandecen sita, summam q; in ea inscri-
ptam competit Nobili Martino Syngoth, cedere, omneq; ius
suum in personam illius coram quibusq; Regiminis Actis au-
thenticas transfundere. Quæ quidem cessio ac iuris transfu-
sio postea quam facta fuerit eam nos ratam et gratam habi-
turi sumus vt pote quæ mediante consensu nostro peragetur
Ratione cuius cessionis ac iuris transfusionis prædictus Nobilis

Martinus

Martinus Syngoth Aduocatiam commemoratam tum
omnibus et singulis attinentijs agris pratis hortis, syluis, pa-
scuis, piscinis commodis vtilitatibus ad eam ex antiquo iu-
sta Priuilegium originale spectantibus, tenebit, habebit
at possidebit, eaq vtetur ac fruetur ad extrema vitæ suæ tem-
pora. Promittens nostro ac Sexmoxum successorum nrorum
nomine quamdiu pranominatus Martinus Syngoth vixe-
rit non esse nos eum a possessione et vsu, sic pranominata
Sultetia amoturos aut exempturos neq amouendi aut
examinandi cuiquam potestatem facturos, quin potius eum
in quieta eius Aduocatiæ possessione ac integro vsu quoad
vixerit conseruabimus Sexmiq successores nri conserua-
bunt. Post decessum verò ipsius ex hac vita, non prius
toties nominata Aduocatia seu Sultetia possessio ad
nos Sexmosq successores nros redibit quam summa ibidem
legitime inscripta, vel ex commissariorum taxatione
prouenies successoribus illius integrè persoluta et nu-
merata fuerit juribus nris Regalibus. Reipub[lic]æ tuendæ
Catholicæ ibidem et alumnantibus. In cuius rei fidem
Datum Cracouiæ die XXIX Mentis Januarij Anno
Domini M. D. C. III Regnorum nrorum Poloniæ
decimo octauo Sueciæ vero anno nono

Sigismundus Rex

Potestas Andreæ Domarath data, cedens, Aduocatia in villa Mikolaiowiec in personam filij sui

Sigismundus etc. Significamus etc. Quod cum Nobi-

lis Andreas Domarath in animo habere omni et integro
iure suo quod illi ad bona Advocatie in villa nra Niko=
laiowiec consisten competit in personam Jacobi Stepham Do=
marath filij sui cedere et condescendere. Supplicatumq nos
bis esset per certos consiliarios nostros ipsius nomine, vt huic rei
benigne annuere dignaremur. Eos habentes commendatam
ipsius erga nos fidem et dexteritatem facile huic supplicatio=
ni consentiendum esse duximus consentimusq literis hisce nris
Dantes et concedentes eidem Domarath plenam et omnimo=
dam facultatem vt coram quibuscunq Actis Regni auten=
thicis tempore quocunq opportuno eam cessionem peragere
possit et valeat. Quam quidem cessionem nos ratam et gratã
habituri sumus vti quæ præcedente hoc nro consensu per=
agetur. Ergo ejus. prædictus Stephanus Domarath Ad=
vocatiam suprascriptam Nikolaiowien, cum omnibus a=
gris, pratis, campis, sylvis, pascuis, colonis, hortulanis, sta=
gnis, piscinis, molendinis omnibusq et singulis prædictæ Ad=
vocatiæ fructibus, prouentibus, iurisdictione, prærogatiuis
attinentijs, et pertinentijs vniuersis, nullis prorsus exceptis aut
cuipiam reservatis, quam longe lateq antiquitus circum=
scripta limitibus, continebatur ac a patre ipsius possideba=
tur et tenebatur, tenebit, habebit et possidebit vteturq et
fruetur ad extrema vitæ suæ tempora. Promittimusq nostro et
successorum nrorum nomine non esse nos neq successores
successores nostros, eundem Stephanum Domarath quoad vi=
xerit, a possessione et vsu prædictæ Advocatiæ eiusq at=
tinentiarum amoturos aut alienaturos, quin imo talem
et integrum ius aduitalitium ipsi in eadem Advocatia
præstituros. Verum q successores nostri præstituri sunt
Quo ex hac vita sublato non prius eiusdem Advocatiæ
dispositio ad nos successores q nostros redibit quam summa

originalis

originalis mi eadem Aduocatia mistripta vel ex iusta sommis:
sanioru taxatione proueniens successoribus illius legitimé etim:
tegré fuerit persoluta. Iuribus nostris Regalibus Reipub.ae et Ec:
clesiae catholicae saluis ibidem semper manentibus. In cuius
rei fidem &c. Datum Cracouiae in conuentione Regni Generali
die gratta Mensis Februarij Anno Domini M. D. C. III Re:
gnorum nrorum Polonia. XVI Sueciae vero IX

Sigismundus Rex

Consensus Hildebrando a Srencen cedentis bonis Blizne Burzno &c. in personam Pauli Dzialijnski

Sigismundus &c. Significamus &c. Quod cum Generos:
sus Hildebrandus a Srencen omni et integro iure suo quod il:
li ad bona nra Regalia vel ad praedia Male Blizne. villasqs
maius Blizne, Burznowo Szczjowo et Swiérie rum villa eius:
dem nominis illi adiuncta atqs villam Richnowij tum et sum:
mas pecuniarias in eisdem bonis iuste et legitimé inscriptas compe:
tit. Generoso Paulo Dzialijński capitaneo nostro Radomnen.
coram Actis ciuilibus Urbanicensibus cessisset, illiusqs in persona
illius transfudisset, eam nos cessionem ratam et gratam haben:
tes, rebus et conditionibus eiusdem Srenc consultum esse volentes
in toto approbandam et confirmandam esse duximus approba:
musqs et confirmamus praesentibus literis nostris volumusqs eam
eius roboris et valoris esse ac si ea antecedente consensu nostro
recognita et facta esset. Atqs eius cessionis et approbationis no:
strae vigore, ius aduitale super dicta bona illi damus et concedi:
mus per eum cum omnibus eorum attinentijs et pertinentijs gene:
raliter vniuersis nullis penitus exceptis nec pronobis succesori:
busqs nris ac quopiam alio reseruatis sed omnibus in genere et sin:

gitlis in ꝓtecie comprehensis. atq3 ita eoq3 iure quo prefatus
Srencon possi debat et ꝑ3 vsus ad extrema vitæ sue tempora tam in
toto quam in parte teneñ habeñ et possideñ. Promittimusq3 pro
nobis et hæredibus successoribus nostris non esse nos prædictum Gene
rosum Paulum Odialijnski ab vsu et possessione aduitali di-
ctorum bonorum eorumq3 omnium pertinentiarum amouturos aut
alienaturos. amouendisq3 aut alienandi cuipiam maxima etiã
id vita et Reipub. necessitate exigente potestatem facturos quin
ei saxtum textumq3 iuris aditale conferrabimus et hæredes nri
sores nri conferrabunt. Ea tamen conditione et ratione iuris
aduitalitj quia tam partem summæ in eisdem bonis legitimé in-
scripta iuxta legum præscriptum nobis et Reipub. remittere
et condonare teneatur. eo autem mortuo, non prius successores
illius prædictis bonis cedent, quam residuum summæ ibidem
legitimé inscripta illis plene et integré numeratum et persolu-
tum fuerit. Juribus nris Regalibus Reipub. et Ecclesiæ sa-
lvis atq3 ibidem per omnia manentibus. In cuius rei
fidem ro. Datum Cracouiæ in conuentione Regni gene-
rali die septima Mensis Februarij Anno Domini
M. D. C. III Regnorum nrorum Poloniæ decimo sep.
Sueciæ vero nono

Sigismundus Rex

Sculteccia in villa Smozna ho-nesto Stephano datur

Sigismundus etc. Significamus etc. Cum Honesti Basilig
et Sieńko Scultetiæ in villa nra Smozna capitaneatus Samborien
possessores de omni et integro iure suo quod vnicuiq3 pro sorte et inter-
esse suo super eandem Scultetiam competebat coram Actis terrestribus
Præmisliensibus cesserint: illudq3 in personam honesti Stephani
fratris

fratris sui germani transfudexunt transtulerunt q Nos ad
interc̃essionem rectorum consiliariorum nostrorum pro eodem Ste:
phano apud nos fact̃ cessionem prafatam iuris q transfusionem
pro rata et grata habeñ eandem approbam et ratificam. duxim q
prout approbamus et ratificamus hisce lris nostris, atq eam ipm
mi villa nra Smogna Scultetiam prænominato Stephano Bro:
si nowiet, cum ommibus ad eam antiquitus spectantibus. commo:
dis et vtilitatibus attinentijs q et pertinentijs vniuersis, nullis
prorsus exceptis, non pro se aut alio quopiam reservatis, ita omni:
no quemadmodum a prænominato Basilio et Sienkone tene:
batur. alias iuncta literarum originalium super eandem emana:
tarum prascriptum damus et consentimus præsentibus ad vitæ
ipsius extrema tempora. promittentes pro nobis et Sermis succes:
soribus nostris, quod quamdiu prænominatus honestus Stepha=
nus Brosmowiet, vixerit, ipsum a possessione et vsu, dicta Scul:
tetiæ eiusq attinentiarum non amouebimus nec amouendi cui:
piam potestatem faciemus; etiamsi id noster vel Reipub. alignis
suis, siqué necessitas postularet, imo saluum et integrum ius a dui:
talicium mi eisdem bonis et nos conservabimus et Sermi successo
rii idipsum facturi sunt. Post mortem vero ipsius non prius
successores de eadem Scultetia cedere tenebimtur quam summa mi li:
teris originalibus descripta vel ex tapa commissarioꝝ proueniens
legitimé persoluta et numerata fuerit. Iuribus mis Regalibus
rc̃a In cuius rei fidem rc̃a Datum Cracouii a die nona Mensis
Februarij. Anno Domini M. D. C. III Regnorum nostrorum
Poloniæ XVI Sueciæ vero anno nono

Sigismundus Rex

Auctio Thelonei Grodecen,

Sigismundus &c. Significamus &c. Etsi iam ante a D. prae-
decessoribus nostris maxime vero pia olim memoriae Sigismundo
primo avo et Sigismundo Augusto avunculo nostris desideratissi-
mis Theloneum pontale Oppidanis Grodecen fuerit concessum: at
tamen postea quam nobis per certos consiliarios nostros expositum es-
set, restaurationes et reparationes viarum pontium atq; aggerum tu
in ipso Oppido Gloniy Grodek quam extra Oppidum maiore cum dif-
ficultate et sumptibus fieri, qui vt eo commodiores et faciliores tran-
situs per illa loca hominesq; interfacien habere queant, in dies ma-
gis et magis crescunt atq augentur decimo dignum omnino et aequita-
ti consonum esse iudican vt qui grauiora sustinent onera, vtilita-
tis quoq; maiora percipiant incrementa, remissores certos inhaerendo
constitutionibus Regni ea de re sanctis ad eum locum mittendos
esse duximus, qui ex re oculis subiecta ea omnia diligentius in-
spicerent et respectu sumptuum et impensarum quae in huiusmodi
reparationes pontium atq; aggerum faciunt auctionem quoq; istius
Theloneii salua moderatione et ratificatione nostra assignarent atq;
constituerent. Qui quidem remissores voluntati nostrae morem gerentes
feria quarta post Dominicam Laetare quadragesimalem proxima Sto
millesimo dexcentesimo secundo ad Oppidum Gloniy Grodek descenderunt
ibiq; ys omnibus quae a nobis illis commissa fuerant diligenter per-
pensis et examinatis praedicti Theloneii pontalis talem auctionem fe-
cerunt vt minimum a quolibet boue, iuuenca, equo, quod ad nundinas
diuersi mercatores illac pellere solent per vnum solidum similiter
quoq; ab equis mercem quascunq; ducentibus per solidum, ab omnibus
vero axietibus et portis per tres obulos Theloneii persolvant et nume-
rent. Proinde nos gratiosa huius remissionis actu autenthico ad
intercessionem consiliariorum nrorum et nunciorum terrarum ad eam
conuentionem Regni Nri congregatorum pro oppidanis supradictis
apud nos fact. tum etiam publico subditorum nrorum commodo con-
sulere cupientes, praedictis Oppidanis Grodecensibus in recompensam
laborum et impensarum quas in constituendis et reparandis huius-
modi pontibus et vys publicis subire coguntur ex certa scientia et

gratia

gratia nostra de auctione predicti Theolonei pontalis talem or:
dinationem seu moderationem nram fieri et erendo predicto vetu:
stiori faciendam et constituendam esse duximus, vti quidem fa:
cimus et constituimus praesentibus literis nostris. Dantes et conce:
dentes predictis Oppidanis Prodecen' á singulis eguis curruns one:
ratos trahentibus per medium grossum á bobus itidem qui adven:
dendum gregatim vel alio quocunq; modo ad nundinas per oppidú
agentur medium grossum, ab omnibus vexó arietibus, porcis et alijs
minoribus animentis per totidem vnum iuxta consuetudinem alio:
rum Theolonearum Regni, Theolonei pontalis nomine tollendi, exi:
gendi, percipiendiue, nec non in transgressores eiusdem Theolonei iu:
xta receptam et usitatam in Regno consuetudinem animadvertendi
eosq; puniendi plenam et omnimodam facultatem temporibus per:
petuis et in ecrum. Quod ad vniuersorum et singulorum cuiusc̄q;
dignitatis officij Magistratus, status et conditionis fuerint tam ex:
ternorum quam subditorum nostrorum notitiam deducen' mandamq;
predictos Oppidanos Prodecen' in usu pacifico et quieta possessione
eiusmodi Theolonei conservent ab alijsq; conservari curent Progra
mná. In cuius rei fidem &c Datum Varsouiae in Conuentione Re:
gni Generali die xii Mensis Februarij Anno Domini M. D. C. IIII
Regnorum nrorum Poloniae XVI, Sueciae vero anno IX

Sigismundus Rex

Aduocatia in villa Bolkow Alberto Skawlowski datur

Sigismundus &c. Significamus &c. Quod cum Nobilis Sta:
nislaus Skawlowski in animo haberet omni ac integro iure suo quod
illi ad bona Aduocatiae in villania Bolkowo districtus Wyssogradien'
competit, in personam Nobilis Alberti Skawlowski filij sui cedere et
transfundere. Supplicatumq; nobis esset per certos consiliarios nostros

ipsius nomine vt huic rei benigne annuere dignaremur. Quib⁹
nos fidem ergo nos commendatam habẽt facile huic supplicationi
consentiendum esse duximus, vti quidem consentimus p̃sentibus literis
nris, dantes et concedentes eidem Stanislao Skawlowski plenam et
omnimodam facultatem vt coram quibuscunq⁹ Actis Regni aut
tentiorib⁹ tempore quocunq⁹ opportuno eam cessionem peragere pos-
fit et valeat. Quam quidem cessionem nos ratam et gratam habitu-
ri sumus, vti quæ præcedente hoc nostro consensu peragetur. Bijsq⁹
eius prædictus Nobilis Albertus Skawlowski Aduocatiam supra-
scriptam, cum omnibus agris, pratis, campis, syluis, colonis, hortula-
nis, pistinis, et stagnis molendinis omnibusq⁹ et singulis prædicta Aduo-
catiæ fructibus, prouentibus iurisditione, præeminentiis, attinentijs
et pertinentijs vniuersis, nullis penitus exceptis aut cuiquam alteri re-
seruatis quam longe lateq⁹ antiquitus circumscripta limitibus á
patre ipsius tenebatur et possidebatur, ipse quoq⁹ tenebit, habebit
et possidebit ijsq⁹ vtetur et fruetur ad extremam vitæ suæ tempora
Promittimusq⁹ nostro et successorum nrorum nomine non
esse nos, Successores nostros eundem Albertum Skawlowski
quoad vixerit á possessione et vsu præfatæ Aduocatiæ amoturos
aut alienaturos quin imó salvum ac integrum ius aduitalitium
præstituras Successores nri præstituri sint. Quo ex hac vi-
ta sublato non minus eiusdem Aduocatiæ dispositio ad nos succes-
sores q⁹ nros redibit, quam summa originalis in eadem Aduocatia
inscripta vel ex iusta taxa commissariorum proueniens succes soribus
illius legitimis integre fuerit persoluta. Juribus etiam nostris Re-
galibus Reipub. et Ecclesiæ Catholicæ saluis ibidem in toto
manen. In cuius rei fidem &c Datum Piaconiæ in conuentione
Regni Trialis die XII Mensis Februarij Anno Domini M.D.
XIII Regnorum nrorum Polonie XVI Sueciæ vero IX

Sigismundus Rex

Consensus Annæ Kowalska da-

tus

tus cedendi Aduocatia in uil-
la Kosciowice, Nicao Dubrawsky

Igismundus &c. Significamus &c. Quia nos ex gratia
clementia q̃ nrã Regia consentiendum et permittendum esse du-
ximus consentimusq̃ et permittimus literis hisce nostris Nobili
Annae de Huhelniki relictae consorti olim Generosi Victorini
Kowalsky Subuiditis Leopolien. vt possit et valeat de omni et in-
tegro iure suo quod illi competit super Aduocatiam in villa mã
Kosciowice consistentem Nobili Nicolao Dubrawski coram
Actis quibuscunq̃ autenticis Regni cedere et condescendere ac
hoc idem ius suum in eundem Dubrawski transferre et transfun-
dere. Cuiusquidem cessio iuris q̃ transfusio postquam facta et
suum effectum sortita fuerit nobis rata et grata erit vt ea quæ
cum consensu nostro peragetur. Vigore cuius suprascriptus Nico-
laus Dubrawski praedictam Aduocatiam vna cum omnibus at-
tinentijs et pertinentijs ac singulis commodis cum quibus eam
immediati possessores tenebant idem nihil prorsus excipiendo
tenebit, habebit, possidebit, ac pacifice et quiete vti fruetur ad
vitae suae extrema tempora. Promittimusq̃ verbo nostro Regio pro
nobis et Legum successoribus nris Regibus Poloniae quamdiu su-
prascriptus Nicolaus Dubrawski in viuis extiterit non esse nos
neq̃ Legum successores nros praedictam Aduocatiam vel quidpiã
eo pertinens ab eo alienaturos aut redempturos neq̃ redimendi
aut amouendi potestatem cuipiam daturos sed semper ipsi integrũ
et illaesum ius aduitalitium conseruaturos. Post decessum vero
eius non primi successores ipsius de eadem Aduocatia cedent do-
net summa pecuniaria ibidem inscripta vel ex taxatione commis-
sariorum legitime proueniens illi integre persoluta et numera

ta fuerit. Iuxibus nris Regalibus Reipub.ce et Eccleſia-
rum catholicarum ſalvis ubidem manen; In cuius rei ſig
Datum Cracouie die xiii Menſis Februarij Anno Domi-
ni M. D. C. m Regnorum nrorum Polonie xvi Sueciæ ix

Sigismundus Rex

Aduitalitas ſuper villam Do-
beſlawce Alberto Swierski cóceſſa

Sigismundus &c. Significamus &c. Quo cum mouiſſet
in animum Nobilis Christophorus Swierski de Romanow de
omni et integro iure ſuo aduitalitio ſuper villa nra Dobeſlawce
in diſtrictu Solomien ſitta habito deg villa ipſa prædicta in
perſonas Nobilium Alberti Swierski filij ſui et Sophie Iuxbon-
ska coniugum deuere et condeſcendere. Supplicaretur nobis per
certos conſiliarios noſtros de præbendo ad eam rem ſibi conſenſu
noſtro. Nos intellecta hac ipſius voluntate conſenciendum et
permittendum eſſe duximus conſentimusq; et permittimus præ-
ſentibus vt memoratus Nobilis Christophorus Swierski eam ceſ-
ſionem ad quæcunq; Acta Regni autenthica facere et recognoſcere
poſſit. Quæ ceſſio poſtequam effectum ſuum ſortita fuerit nos
eam ratam et gratam habituri ſumus non ſecus ac ſi coram nobis
facta et recognita fuiſſet. Cuius demq; ceſſionis et præſentis conſen-
ſus noſtri vigore prænominati coniuges ambo in ſolidum con-
iunctim et diuiſim villam memoratam Dobeſlawce cum omni-
bus et ſingulis ſuis attinentijs et pertinentijs, fructibus, redditibus
prouentibus, emolumentisq; vniuerſis nullis exceptis ita quem ad-
modum ad præſens ab ipſo Nobili Christophoro Swierski parente

Suo

suo possidetur tenebunt, habebunt, possidebunt, vsq; pacificé vten:
tur et fruentur ad extrema vitæ vtriusq; vel alterius eorum tempora
Promittimus verò pro nobis et Sex̃mis successoribus nris Regibus Polo:
niæ non esse nos et eosdem successores nros quamdiù prædictus Albertus
Iwierzki et Sophia Kurzaniska coniuges vixerint eos à possessione
et vsufructu villæ prædictæ Dobesłavice etiamsi id quantumuis
grauissimi anni et Reipub. necessitas exposcat amoturos amouere
diue potestatem cuiquam factiuros quin imò tutos et securos
ipsos et eorum quemlibet in possessione eiusdem conseruaturos
Ratione verò eius admunitalitatis prædicti coniuges quartam partem
summæ originalis in eadem villa inscriptæ nobis et Reipub.æ re:
mittere et condonare tenebuntur et erunt adstricti. In cuius mis
Regalibus, Reipub.æ et ecclesiæ Catholicæ salui sibidem manen
In cuius rei fidem &c. Datum Cracouiæ in conuentione Regni
Generali die XVI Mensis Februarij Anno Domini M. D. C.
III Regnorum nrorum Poloniæ XVI Sueciæ verò IX°

Sigismundus Rex

Incorporatio Ecclesiæ parro:chialis Sendomiriensis Patrib9 Societatis Iesu in perpetuum

Sigismundus &c. Significamus &c. Quod cum ea quæ in promouenda sacrosancta religione Catholica à Principib9 Christianis pio zelo præstari conueneriit, nobis quoq; præstan:da et cura habenda existimamus. fit, vt non solum eam in ditio:nibus nostris, Ecclesiæ Dei iacturam, quam propter labem hære:ticos in eas ad pernitiem salutis humanæ introductam patitur do:lenti animo feramus verum etiam omne nostrum studium liben:

ter eo conuertamus, vt huic malo grauiq tandem ratione
salutarem medicinam afferre possimus. Quam rem cum Patres
societatis Iesu viri de praua ti simo hoc Sæculo magnum in
ecclesia fructum doctrina et exemplo inuentute q erudienda
facere, et populum a vera recta q religione aberrantem ad viam
salutis vnitatem q ecclesiæ reducere consueuerint, mi signem o-
mino laudem mereantur, vtile imo plane necessarium fore exi-
stimauimus vt eorum grauq mi stitutum in Regno nro maiora
in dies capiat incrementa. Ita propter piam de salutare de mitto-
ducendis ysdem Patribus Societatis Jesu in ciuitatem nram Sen-
domierien Magci Krzonijmi Sostomski de Sedemice Palatini
Posnanien capitanei Sandomierien fundatoris illius collegij con-
silium secuuti, precibusq et postulationibus illius mi dinati præ-
sertim cum videremus illum pro pietate sua mi Deum zelumq mi pro-
ximos non modo ciuitati verum etiam toti distrectui Sandomie-
rien multis prauisq dogmatibus nouarum sectarum infecto hac
ratione prospicere velle- prouidendum in primis esse putauimus, vt tem-
plum idoneum in giro concionari et populum instruere salutaribus
doctrinis, audire confessiones, sacramenta ex consuetudine religionis
sue administrare, et sacra celebrare possint, habeant, eoq libere
stantur. Ac proinde totum ius integrum iuris Patronatus præsentandi
quod nobis ad ecclesiam Parrochialem sub titulo S. Petri Apo-
stoli in eadem ciuitate Sendomierien præsentandum q ad eius regi-
men et gubernationem Parrochum competit Patribus societatis
Jesu desiderante et consentiente Nobili Gaspare Sichocki canonico
et Parrocho Sendomierien, vna cum domo parrochiali et Schola cum
hortis circa eandem domos existentibus, quarum tamen loco de alijs ha-
bitationibus circa ecclesiam tam Parrocho quam Scholæ prospicere
ipsa Societas debebit, in perpetuum, dandum, attribuendum, vnien-
dum q esse duximus, vti quidem attribuimus damus, atq ita tam præ-
dictæ Societati Jesu præsentibus hisce incorporamus adnuimusq eram q
omnimodo vt et templi et situum tam Parrochialis quam Scholæ Pa-
tribus commemoratis seu Societati perpetuo et in omne dium donati

et incorporati

et incorporatum esse velimus atq facultatem ea omnia adesse:
ctum deducendi vniendiq et incorporandi Rndmo Dño tpo
racouien in tuius Diocesi Ecclesia suprascripta sitta est, modo
via, ratione, qua melius et efficatius poterit, permittimus et con:
cedimus; ita tamen vt tum ipsi Patres ex instituto professionis
sue iuxta animarum quid Parrochis incumbit, gerere, aut in eu
sese intromittere, non consueuerint, ne tum detrimento christi fi:
delium negligatur, neue officia consueta, misse, hore, et cantq
ac alia Ecclesie munia intermittantur, habendi, et retinendi apud
Ecclesiam eandem D. Petri, Parrochi perpetui Patres habeant
potestatem qui officia et munia Parrochij apud Ecclesiam eande
obeat, fructus et prouentus ex antiquo ad Parrochum spectantes
percipiat, deq sacerdotibus. Ludirectore, alijsq Ministris Ecclesie
more antiquo prospiciet sibiq subiectos habeat, atq adeo singula et
omnia que ad curam animarum et officia Ecclesie consueta ratione
pertinebunt, exequatur, adimpleat, ita ordinando et accommodando
diuina officia tantumq Ecclesiasticos vt patrum ministeria
studiosorumq exercitia non impediantur. Patres autem qui ius
et veram ac legitimam templi possessionem habebunt in reliquis
que fere sunt precipua, concionibus videlicet, confessionibus, missis
celebrandis administratione sacrosancte Eucharistie et alijs id
genus pijs officijs vti institutum eorum sert, non impediet. Quamuis
autem Patres et Sacristiam propriam ac separatam et Solitum
suum habebunt, nihilominus et Parrochus aliam quoq Sacristi:
am propriumq Sacristianum promisterijs et sacris Parrochia:
libus habere deq apparamentis ad munia Parrochialia sibi suisq
necessarijs more pristino, prospicere et prouidere debebit. Porro cum nulla
certa fundacio ab antiquo pro sartis tectis Ecclesie reperiatur non dubita:
mus tam Patribus quam Parrocho ipsi vna cum ciuibus cordi futurum
vt saltem ex eleemosinis piorum hominum instauretur. Demum
ius omne nostrum post cessum vel decessum modorni pranominati Ve:
nerabilis Gasparis Sieboki legitimi Parrochi eligendi presentan:
di conferendiq Parrochum seu Vicarium perpetuum solis Patribq

damus donamus consenimusq3 in perpetuum. Qui tamen
et in concionibus et alijs Patrum Ministerijs nullo modo illos
impedire debebit, imo abillis iuuari se admonenq3 in omnibq
quæ ad bonum ecclesiæ spectabunt libenter potietur atq3 præ:
sens semper penes ecclesiam sibi commissam, residere, illiusq3
et animarum curam habere tenebitur et debebit. Quæ omnia et
singula incorporationem nimirum et vnionem ecclesiæ Superius no:
minatæ domuiq3 Parrochialis et desolatæ Patribus factam atq3 de
de vicario perpetuo eiusq3 præsentatione constituta sunt et quæli:
teris hisce perscripta habentur tam in genere quam in specie non
modo fonde et inuiolabiliter nos successores q3 nros seruaturos
sed defensuros etiam ac tutaturos spondemus ac pollicemur ac
in maiorem horum fidem manu nra has scribimus et Re:
gni nri Sigillum appendi iussimus. Datum Cracouiæ in conuen:
tione Regni gnali die xvii Mensis Februarij Anno Domi:
ni M. D. CIII Regnorum nrorum Polonie xvi Suecie ixo

Sigismundus Rex

Conseruatio Euphamiæ Garbrichtowa in usu Nowegomlyna Capitaneatus Tucholiensis

Sigismundus etc. Significamus etc. Quod tum ex rela:
tione rectorum consiliariorum nostrorum intellexissemus ho:
nestam Euphemiam olim Famati Michaelis Garbricht ciuis
Thucholien coniugem solicitam molendini nostri Nowyml[illegible]n
in capitaneatu Tucholien tenutricem in reparando eodem mo:
lendino a prioribus illius possessoribus desertato nimirum in
aggeris constitutione rectorum q3 ædificiorum construction

non exiguos

non exiguos sumptus fecisse faciendum nobis duximus, vt ipsum
in possessione ac vsu eius molendini relinquemus ac conseruare
mus prout relinquimus et conseruamus praesentibus literis nris
Quod molendinum praedicta Euphemia ciuis Futsolien cum
omnibus et singulis attinentijs sextinentijs, agris, pratis, hortis,
commodis, vtilitatibus, iuxta assignationem Generosi olim
Mathia Zalinski castellani Gedanen Futsoliengs capitanei
tenebit, ac possidebit eogs vtifruetur ad extrema vitae suae tem:
pora. Promittentes nro et successorum successorum nostrorum no:
mine quamdiu praedicta honesta Euphemia vixerit, non esse nos
eandem a possessione et vsu eius molendini exempturos aut alie:
naturos, negs eximen aut alienam cuipiam potestatem facturos
quin potius ipsam in quieta eius molendini possessione ac integro
vsu quo ad vixerit conseruabimus Sextmi gs successores nri conser:
uabunt. Ex quo molendino censum iuxta ordinationem praedicti
Generosi olim Mathiae Zalinski castellani Gedanen Futsoli:
engs capitanei eiusgs literas eo nomine editas nobisq autentice
re productas singulis annis in arcem nram Futsolien persoluere
et inferre tenebitur. Post decessum vero illius non prius dicti
molendini possessio ad nos Sextmos gs successores nros redibit, quam
summa ibidem inscripta vel ex legitima commissariorum taxa:
tione proueniens successoribus illius legitime integre persoluta fue:
rit. Iuribus nris &c. In cuius rei fidem &c. Datum Varsauiae
die xx Mensis Februarij Anno Domini M. D. CVIII Re:
gnorum nrorum Poloniae xvi Sueciae vero anno ix

Sigismundus Rex

Villa Pokoniowo Alberto Nie-
mira iure aduitali confertur

Sigismundus &c. Significamus &c. Quia nos consentien:
dum et permittendum esse dixim⁹ consentimus q⁹ et permittimus
literis fis cenzis Nobili Catherinæ Niemierdanka de Ottrom ecim
olim Nobilis Petri k̄a Niemierski legitimæ consorti vt possit
et valeat de omni et integro iure suo aduitali quod sibi super
villam Pokomowo rextos q3 agros mi rexdÿr et villa Sitki bona
nra Regia in Sdielnicen ꝓpitanea cōsistēn competit re:
dere et condescendere illud q⁹ in personam Generosi Alberti Nie=
miera cuius fides et de nobis bene merendi studium est nobis com:
mendat' transferre et transfundere. Quæ quidem cessio posteaq⁹
coram quibuscunq⁹ modo authenthicis Regnim Actis peracta fue:
rit, erit nobis rata et grata ac si ea quam noster præcessisset con:sen:
sus, cuius cessionis et præsentis consensus ñi vigore prænominatus Gene:
rosus Albertus Niemiera bona prænominata villam vōt Pokomowo
cum omnibus suis fundis, curia ædificijs, prædijs, molendinis, stagnis,
latubus, tabernis, piscinis, agris, pratis, campis, pascuis, dijuis, colonis eo:
rumq⁹ laboribus hortulanis, subditorum dationibus, vsibus, et emolu:
mentis alijsq⁹ omnibus et singulis attinentijs pertinentijsq⁹, eo antiquitus
spectantibus et vsu retentis, nullis exceptis ita prout ea bona in suis me:
tis, et limitibus consistunt et quemadmodum a prænominata Catheri:
na Niemierdanka tenebantur et possidebantur, ipse q⁹ tenebit,
habebit, possidebit ijsq⁹ vtetur ac fruetur ad extrema vsq⁹ vitæ suæ
tempora Promittimus q⁹ verbo nostro Regio pro nobis et Regnis suc:
cessoribus nostris quod quamdiu prædictus Albertus Niemiera vi:
xerit, nos dictorum bonorum vsum et possessionem ab eodem non
amouebimus neq⁹ amouendi potestatem cuipiam dabimus imo sal:
uum et integrum ius aduitalitium quo ad vsq⁹ in vitæ exiterit ipsi
et nos conseruabimus et Regni successores ñi idipsum facturi sunt
Ratione cuius aduitalitatis quartam partem summæ ibidem exi:
stentis iuxta legum præscriptum nobis et Reipub.ᶜᵃ condonare tene:
bitur. Iuribus vtis Regalibus Reipub.ᶜᵃ et ecclesiæ catholicæ ibi:
dem salvis. In cuius rei fidem &c. Datum Cracouiæ die
vigesimæ prima Mensis Februarij Anno Domini

M. D. CIII

M. D. C. III. Regnorum nostrorum Polonie decimo-
sexto Swecie vero anno nono

Sigismundus Rex

Facultas cedendi arrendam quatuor mansorum in Insula Mar: iæburgen, in personá Simonis Smoler

Vt eas dem autoritate nra Regia approbare et confirmare dignare:
mur Earum verò tenor sequitur talis. Piotr z Potu:
lic Woiewoda Kaliski Piotrski, Pilski Wysdogrodzki &c.
Starosta. Oznaimuiemy wszem wobec z y kazdemi osobna
komu to wiedzieć naliedy. Iż chcanc rodmnożić y rozszerzić
podłki Starostwa Ostrskiego da dzierżawy naszei powolilis:
my i nimieiszem listem naszem podwaliamy wieś Gastrowie w:
tymże Starostwie zomiastecko iam earnunc obrocić i fundowac
Gachowniane ich prz prawie ich pierwszem o dyńszach y daciach:
gach przez nas icm nadanem i przez ge K. Mość confirmowa:
nym, zdzielić ktorego nam i namiestnikom naszim powinnosć
wniem opisaną oddawać to iest na każdy rok na dzień S. Mar:
Gina s każdey włoki po złotich szesnaście y dwa dni przez rok
rzeczną robotę powinni będą. Pozwaliamy też tym obywatelom
piwo robić i szynkować także i inne propinancie a słody Zali:
zować będą po piąci ćwierćcień miarą Pilskiei od ktorich dwa
rzeszetniki na miarę Zamkową ktore nam i starostom na poto:
będącem wierzytelnie dawać maią. Jarmarki mieć będą
trzi kroć do roku. Pierwszi na Swieti Jan Chrciciel, drugi
na Swieti Mikołay a trzeci wpomiędzialek pomiędzi Białey
a dzień targowy na każdy pomiędzialek, na ktorich iarmarkach
wolno będzie każdemu bydłem wszeliakiem i końmi dwa dni
a kramnemi rzeczami kupiami y towari drugie dwa dni na
każdy iarmark kupczić i targować. a trzi iarmarki pierwszego

roku

roku po sobie idące od wszeliakie targowego wyimuiemy
y wolnemi gimiemy a po odprawienin trzech iarmarkow y
wyścine wolnosci powinien bendzie kazdy targowe płacic
od głowy rogatego bydła y od koni po dwa grosza Polskie
od Cielcząt rocznych y od drobiu po groszu iednemu od
kramow zaś przyiezdnych y towarow po trzi grosze a od prze:
dnich po groszu iednemi Polskie, od mnich zaś rzeczy we:
dle słuszności tak wodzien targowy iako i wiarmarky a
obywatele Jastrowskie od wszelakiego targowego wyimuiemy
y wolnemi gimiemy wiecznemi czasy. Względem ktorey
wolności powinni bendą dawać kazdy od kupiei y rzemie:
sła swego tello na kazdy swięti Marcin wdomieś własnych
mieszkaiący po trzi wiazdunki a komornicy po iednemu Pol:
skie. Rzedmici zaś nie pięmądze ale kamień toiu kazdy
z nich płacić bendzie na tenze czas a przysłodnie po łopatce
od kazdego bydlęcia małego i wielkiego płacić bendą do Jam:
ku nam i napotem innem Starostom. Potwalamy tesz przezze:
Jonym Jastrowianom wybierać gotowizna od kazdego konia
po pul grosza Polskie na budowanie y poprawę mostow a od
woza także po pulgrosza na sadzenie brukow y poprawę ich
ktore brukowe tello miastu służyć bendzie, a mostowego tak że
i targowego wszeliakiego dwa pięmądza do dzienku a trzeci
do skarbniki mieiskiei obracać się maią wiecznemi czasy
Amy na kazdy iarmark powinny bendziem znamienitnikami
swemi posłać sługi swe dla znamieistego wybrania targo:
wego i spokoinego odprawienia iarmarkow wedle potrzeby o
strawie naszei. Potwalamy tesz przezzeionym mieszczanom i
nadarowamy tim przywileiem aby wodzien targowy i wiarmark
na kazdy dzień miebelo wolno nikomu mistemu oprocz onych za:
mych skupować mięsa na targowiskach ani w pulgodzinę po

iedennastei na pulzegardu jeby pierwei miasto do po:
trzeby swei aby jamkowey nakupiely się oprocz jadne
gla y targowego. Bendą tesz powinni ci obywatelie uj:
mierzić plac nabudowanie Ratusza i on budować takze
y lazmą podwmą trzidziesći gruntowien takze y placow
niebromić na sadzenie vlyc y przimodzenie miasteczka we:
dle potrzeby za nagrodą iednak gruntu Jey własny iest
Aisz tey osiadlosći im wiecei tim dalei przibywać bendzie na:
daliśmy y nadaiemy dambrowę iednę albo boru stukę prze
polim Jastrowskim ku Ptussy, poczawszy od turzego liasa przez
bor do rzeki Sletfige godzie bel stary most Lubiański a rzeką
wdzorę do drugi Walerkiei. drogą zaś do rzeczki Brzezmice
a stąd do granice malego Samborska mieć tymać i używać
wiecznemi gassy, spastwiskami, łąkami y drzewem wszelia:
kiem, dwolnem iednak rabaniem drzewa do budowania dzier:
żawcom Brisk iem y nam samem, iednak tego gruntu nikomu
nissemu do używania pozwalać niemamy wiecznemi-znamieśmi:
kami swemi. Towmi bendą takze ći obywatelie na każdy
rok wybierać spoirzodka siebie yterech mężow podmy na
vrzad Burmistrzowski wtydzień po pierwszem zaranku i o:
nym nam y namiestnikom naszim tegosz dnia albo nazaiutrz
praesentować ku approbowanii iednego pod nimi wyżei miano:
wanq. ktory zas przed obieraniem drugiego Burmistrza powinien
bendzie y zdasze mieisce swy rachunek gminé miastu spismiędzy
wybrany y takze y wydany przi wiedzu naszim. A vrzednikom
naszem mieiskim za pracą ustanadaliśmy y nadaiemy ostrow
rolej v kozjego brodu zlaciami i ako sam w sobie iest i ze:
wszitkiemi pozitkami iego oprocz żadnej domieri, iednak spra:
wy gruntowne wielne, criminaly i inste tim podobne puszcze:
liśmy i pozwaliamy woitowi sredmi ławnikow i widzem na:

Sem

Sem Sądzić i odprawować także y Zapissy frantowne y contractowa-
ne przyymować mieć Vrzędowi tak iako prawa Maidaburskie i porząd-
ki mieyskie obmawiaią salvis suis salarijs ibidem descriptis. Wiecza, winy
moc i władzą i appellacie od Sandu i Vrzędu sobie wcalie zastrzegaiąc
i namiestnikom naszem. Czego na wiarę lepszą podpisalismy się y
pieczęcią swą przyciśnąć rozkazalismy. Dan we Zlotsowie piątego dnia
Maia Roku Bożego tysiąc sześć set sześćdziesiątego. Petrus de Potulice
Palatinus salissien Capitaneus Wyssogradien Vsten mpa. Nos
itaq Sigismundus Rex supranominatus, cum supplicatione prædi-
cta nobis iuste benigne annuen tes Capitaneatus nri præfati Vsten ratio-
nibus prospicere ac prouentus et commoda illius augere conditionemq
meliorem efficere cupientes maximè quod intelligamus eam villam no-
stram Zastrowie instituendo nouo Oppido esse vtroneam et accomodatam
literas prænarratas Magci Palatini salissien et Capitanei nri Wyssogra-
dien Vsten in omnibus earundem conditionibus, punctis, clausulis
articulis approbandas et confirmandas esse duximus, vti quidem in quá-
tum iuri communi et rationibus ac commodis ciuitatum Oppidorum
illarumq vicinarum non repugnant approbamus confirmamus et ra-
tificamus hocipsumq Oppidum nouum constituimus præsentibus nris
nris. vi quidem oppido et omnibus eius incolis damus et concedimus iure
Theutonicum quod Maidæburgen dicitur vt eo perpetuis temporibus
vtatur. Remouendo ab illo et omnibus qui in eo habitabunt omnia iu-
ra Polonica et Rutenica modas et consuetudines vniuersas quæ ius
Theutonicum perturbare consueuerunt. Eximen et liberan oppidanos
et inhabitatores eiusdem Oppidi Zastrowie ab omni iurisditione omniu
et singulorum Palatinorum castellanorum Capitaneorum Tenutaxio-
rum Burgrabiorum Suttameratiorum Iudicum Subiudicum Mini-
sterialium cæterorumq Dignitariorum et officialium Regni vt coram
ipsis aut eorum aliquo pro causis magnis siue paruis, puta furti homici-
dij mutilationis membrorum et aliorum enormium excessuum citati
ti minimè respondere vel aliquas poenas soluere teneantur sed coram
Aduocato ountaxato suo vel Vice aduocato in locum suum per eum
constituto, et alijs pro tempore existen in casibus prædictis crimina-
libus et alijs quibuscunq inditan, sententian, punien, et corrigen ple-

nam damus potestatem ac omnimodam facultatem, prout ius Theuto:
nicum in omnibus suis punctis, clausulis conditionibus et articulis requirit
Dan̄ etiam facultatem dictis Oppidanis et Suburbanis eiusdem oppidi
fora vtraq; prædicta suprascripta tam annualia quam septimanalia
diebus et temporibus supra expressis sine tamen præiudicio aliorum
oppidorum circumcirca existentium more aliorum oppidorum Regni
nr̄i celebran̄ et exercen̄. Ita vt̄ quod omnes homines sexus vtriusq;
cuiuscunq; status et conditionis fuerint ad hoc ipsum oppidum pro fo:
riis prædictis annualibus et septimanalibus pro tempore prænominato cau:
sa emen̄ et vendendi, res pro rebus et merces pro mercibus permutandi et
alia negociationis genera exercendi venire possint et valeant ac in ace:
den̄ et redeun̄ nra et successorum nrorum securitate et libertate potiantur
et gaudeant, nisi tales sint quos iura et leges fouere non permittant, et qui:
bus proborum hominum consortia merito sunt deneganda. In cuius rei
fidem &c. Datum Cracouiæ in conuentione Regni prāli die iunta Men:
sis Maxty Anno Domini M. D. C. III Regnorum nrorum Polonia
XVI Suecia vero anno IX°

Sigismundus Rex

Consensus eximen̄ Semutam Smi:
lowice cum villis inscriptis Sta:
nislao Niemoiewski datus

Sigismundus &c. significamus &c. consensisse et permisisse nos
iam ante post decessum Generosi olim Stanislai Kostka Thesaurarÿ ter:
rarum Prussiæ bona nr̄a seu villas Smilowice Kakunowo seu Kunowo
Kruchowo et Wolia in districtibus Kowalen̄ et Dzjesten̄ consisten̄. Ge:
neroso Stanislao Niemoiewski de Lubieniec Dapiferorum suxiduæ
Præfecto, de manibus successorum præfati olim Stanislai Kostka re:
dimen̄ et elliberan̄ facultatem; verum tum certis de causis hac eadem
bona

bona denuo ad nos dispositionem q nram devoluta essent et iam Illustr:
pator noster successores eiusdem olim Stanislai Kostka ad produten da
iura et Priuilegia super eadem bona siue summas eisdem competen ad
Judicium nrum adcitasset atq in luctu eosdem condemnasset. Mostan:
dem habita ratione meritorum memorati Jnoris Stanislai Jeremoiewski
illi denuo vtidem consencien et permitten esse duximus, vti quidem con:
sentimus et permittimus praesentibus lris nris, vt possit et valeat bona ea:
dem de manibus successorum praedicti olim Stanislai Kostka aliozq
omnium ius et interesse ad eas villas seu summas in eisdem inscriptas
se habere praetenden quorum nomina et cognomina hic pro exp praesis ha:
bere volumus redimere seu gravis aliomodo elliberare, redemptaq et el:
liberata, cum omnibus et singulis eorundem bonorum villis, colonis, fundis
agris, pratis, sylvis nemoribus, molendinis, stagnis, piscinis, provenibus
utilitatibus, attinen et pertinen universis ad eadem bona ex antiquo
spectan, nullis penitus exceptis ad extrema vitae eiusdem Jnoris Stanislai
Jeremoiewski tempora, tenen, haben, vtifruen, quietq ac pacifice pos:
siden damus et concedimus praesentibus lris nris. Promitten pro nobis et
hered successoribus nris, quod quamdiu praedictus Generosus Stanius
Jeremoiewski in vivis extiterit, neq nos neq hered successores nri eu:
dem ab vsu et possessione bonorum praedictorum amoturi, aut cuipia
etiamsi id nra vel Reipub. maxima necessitas exposcularit a:
movendi aut eximendi potestatem facturi quin imo in vtu et possone
quieta et pacifica eorundem bonorum vtq ad tempora suprascripta e:
undem conservaturi sumus et hered successores nri conservaturi sunt
Ita tamen ut quaxtam summa partem qua post redemptionem bonor
suprascriptorum superfuerit iuxta prascriptum constitutionum Re:
ratione adultalitatis nobis condonare et remittere teneatur et astrictq
sit. Juribus nris Regalibus Reipub. et Ecclesia catholica salvis rem:
permanen. In cuius rei fidem rc Datum Praconiae die XIIII Men:
sis Februarij Anno Dni M. D. C. III Regnorum nrorum Polonia
decimo sexto Suecia vero nono

Sigismundus Rex

Legitimatio Benedicti et Regi-
næ Bandzina de noua villa

Sigismundus vtc. significamus vtc. Supplicatum esse nobis
honestorum Benedicti et Regine Bandzina de noua villa ad ciuitatem
Cracouien. pertinen. nomine vt quamuis ijdem ipsi ex illegitimo thoro
suscepti et procreati esse dicuntur quia tamen id nulla ipsorum culpa
accidit, ipsiq honeste educati hactenus vitam honestissime ac sine repre-
hensione transigant, vt illorum detersa omni procreationis macula ex
clementia et benignitate nra Regia legitimorum iuri adscriberemq
Quod gratidem eo nomine quod probos honestosq intelligimus faciendu
putauimus, eosdemq hoc speciali priuilegio nro de plenitudine po-
testatis nre legitimos effitimus et pronunciamus, nec non pro legitimis
vbiuis locorum ab omnibus haberi censeri et reputari volumus, il-
losq omnibus legitimorum prærogatiuis in vita actionibusq ac rebus
suis omnibus plenarie gaudere debere declaramus. Quod omnibus sub-
ditis nris cuiuscunq status, dignitatis, conditionis et præeminentiæ
fuerint, notum esse volumus ac eidem mandamus, vt præfatos Benedi-
ctum et Reginam pro legitimis, habeant, reputent et tractent, eosdemq
in omnibus non solum publicis verum etiam priuatis locis actionibusq
pro legitimis haberi reputari ac censeri faciant, neq natiuitatem il-
lorum ipsis exprobrare audeant aut ab aliquo exprobrari patian-
tur. Pro gratia nra et sub poena Mille florenorum media partillis
ipsis media autem fisco nro applicanda secus non facturi. In cuius rei
fidem vtc. Datum Cracouiæ in conuentu Regni prædicti die quar-
ta Mensis Martij Anno Domini M. D. C. III Regnorum nro-
rum Polonie XVII Sueciæ vero anno nono

Sigismundus Rex

Jacobus et Stanislaus Grodzic-

C3ij siue Roznowskie iuri Nobilium restituuntur

SIgismundus ui. a significamus ui. a cum veteris sapientissi:
morum hominum opinio sit Nobilitatem virtute parari solere aute
at vitio contaminari hinc fit vt quo magis eam quis amplectatur atq3
in ea excolen omne studium suum ponat is proprio quodam suo merito deco
Nobilitatis tueri vocatur. Nihil enim quo ad vitæ degeneræ rationem sordidu
nihil illiberale, nihil animo excelso indignum. nihilq3 quod rationi et ho:
nestis at præclaris actionibus repugnaret committere solet. Sed inuidit plexũq
communi humanæ conditionis sorte ac fortune vicissitudine eiusmodi ne:
cessitas, quæ homines aliquin natura ad omnem honestatem natos et ge:
nere Nobilitate conspicuos ad eas vitæ redigit angustias vt in fortunio ali:
quo tanquam in præcipitium acti ad suam ipsorum inopiam sordidas et illi:
berales artes et occupationes ac questus necessarios vitæ tuen causa vndecung
paxan curam suscipiant. vnde fit, vt eorum ita obscuretur at veluti densis:
sima nube obducatur generis dignitas, vt vix aliquod vestigium auitæ
Nobilitatis in eis appareat. Neq enim præclari ac Generosi animi est
maiorum tantummodo splendore et imaginibus niti virtute autem propria
ac præclaris actionibus homine ingenuo ac libero digni destitutum
esse. Verum quoniam in ijs rebus quæ in nra potestate sunt si quidqua
eueniat in quo nos a maiorum instituto deflectere contingat culpa in
nos cadat: contra in ijs quæ a nostro non pendent arbitrio sed vario
ac incerto fortunæ euentu aguntur extra nos omnis culpa sit, merito sané
quos fortuna temeritas non sua ipsorum culpa e suo detrudebat statu ac
dimouet clementia nra Regia qua vel iniquitate fortunæ afflictos vel
aliquo errore humano lapsis patrocinari solemus, subuenien esse exi:
stimauimus. Quamobrem tum in præsentibus comitijs generalibus trac.
per certos consiliarios ac terrarum maioris Poloniæ nuncios Terrestres
nobis expositum esset Nobiles Jacobum et Stanislaum fratres germanos

Grodzickie siue Rodnowskie uuet penus nobile ac titulum egue-
stren á maioribus ducant patre silicet nobili Joanne Grodzitki siué
Rodnowski de Palatinatu et districtu Posnamien qui itidem patre
Joanne Grodzitki siue Rodnowski oriundus est ex familia Grodzi-
kij siue Rodnowskich cuia stemma Gonitwik vulgo nuncupatur
circumfert, quorum maiores longa serie in eodem Palatinatu titulo
at prærogatiua nobilitatis semper usi sunt eadem q3 familia ibidē
hucusq3 detus et statum nobilitatis retinet, tamen cum insequen tempore
unus ex maioribus ipsorum virissitudine quadam fortunæ ad eam ino-
piam et rei familiaris angustias deuenisset, vt paxtam ticam non mo-
do ornare sed ne tuexi quidem ac portionem bonorum terrium quæ ei
iure hæreditario reseruant vrgente inopia conseruare posset atq3 victus ra-
tionem ijs quibus daretur modis, quærere cogeretur, translatoq3 ad ciuita-
tem Posnamien rerum ac fortunarum suarum domicilio sede ibi fixa-
sitato ciuibus loci illius more ijs se rebus atq3 artibus tradidisset é quibus
victum honestè quærere posset. Quibus omnibus ad trutinam reuocatis
et ex legum publicarum præscripto ponderatis maiores eorum conditioni
suæ equestri ac generis nobilitate derogasse præsumitur. Cum igitur in con-
uentu Inali racouien cuncij terræ pro eis apud nos supplicarent atq3
id á nobis peterent vt eam omnem maculam quam ex maioribus suis ob mu-
tuam quodammodo conditionem ac res et actiones equestri ordini legibq
Regni ita disponentibus dissentaneas in se per eos assumptas contraxerint
abstergere, ipsis q3 iuris nobilitatis autoritate nra Senatorum Regni ac
eorundem nunciorum terrium unanimi consensu ad id accedente restitue-
re dignaremur, cum minime ijdem Jacobus et Stanislaus Grodzitczy
siue Rodnowscij á maiorum suorum deflecten institituto nullis se im-
miscuerint sordidis, et illiberalibus conditionegz sua minus dignis
occupationibus, honestis alijs rationibus vitæ sibi parent subsidia
tum quod alienæ culpæ vel potius infortunij antecessorum suorum eos
poenam sustinere rationi et æquitati haud consentaneum sit. Nos
quidem ijs omnibus consijderatis, eo potissimum expenso, quod etsi

illiberales

illiberales quidem victus quęren̄ artes Nobilitatis ordinem infament
ÿs tamen neglectis qui se ad alias ratiõnes transtulerint Nobilitatis prę-
rogatiuam eos recuperare dubium non sit, tum quod Senatorum Regni ac
nunciorum Terrium communis consensus ad id accesserit, idq; a nobis effla-
gitarint suprascriptos Jacobum et Stanislaum fratres germanos Drodzickie
sive Rodnowskie quorum fides probitas ac aliæ præclaræ virtutes nobis
commendatæ sunt, eisdem genus Nobilitatis vera ac genuina ac equestris
ordinis prærogatiuam, qua ob supra recensitas rationes culpa antecessorum
suorum quomodocunq; exciderant restituimus, redintegramus eosq; et le-
gitimam ipsorum vtriusq; sexus posteritatem ex lumbis eorum procre at
et procreand atq; ab eis descenden̄ posteros proveris Nobilibus esse dici et
censeri debere declaramus pronunciamus, atq; omnibus libertatibus iu-
ribus, prærogatiuis ac immunitatibus equestris ordinis Regnicolari Homini-
bus, peculiaribus ac proprÿs eosdem vtifrui et gaudere volumus perpetuis
temporibus. Nostram in hoc autoritatem consensu nimirum ad id conuen-
tus præsentis totius adhibendo imponen̄, vt semotis omnibus, omnium contra-
dictionibus ÿdem Jacobus et Stanislaus Drodzicczÿ sive Rodnowsczy
ac eorum legitima utriusq; sexus posteritas verum genuinum Nobilitat
titulum ex plenitudine potestatis nra Regiæ recepisse ac in equestris
ordinis gradum restituti esse reputentur. In cuius rei fidem pntes manu
nra subscriptas Sigillo Regni communiri iussimus. Datum Cracouiæ
in comitijs Regni generalibus die quinta Mensis Martÿ Anno Domini
M. D. C. III Regnorum nrorum Polonię xvii Sueciæ vero anno nono
Pntibus Reuerendissimis, Reuerendis, Illustribus, Magcis, Generosis. De-
metrio Sulikowski Archiepiscopo Leopolien̄. Bernhardo Maciciow-
ski Cracouien̄ Joanne Tarnowski Vladislauien̄ et Pomeraniæ. Alberto
Tarnowski, Plocen̄. Petro Tylicki Varmien̄ et Regni Vicecancellario
Mathia Potrokowski Præmislien̄ Laurentio Gembicki Culmen̄ Epis
Januario Duce de Ostrog Castellano, Volodimerien̄ Bialocerkauien̄
Kamouien̄ Nicolao Zebrzidowski de Zebrzidowice Palatino et Gene-
rali Cracouien̄. Sniatin̄en̄ Lanckoronen̄ Hieronymo Gostomski de

Le Senice Posnanien Sendomierieng Christophoro Nicolao Radiui:
to Dure in Dubniki et Brieze Vilnen Georgio Mniszek de magna
Kunczyce Sendomierien Leopolieng Stanislao Minski Lancicien Plo:
eng Palatinis et Capitaneis Joanne Ostrorog Posnanien, Stanislao
Comite a Tarnow Sandomierien Bussen Dobrieng Stanislao Zolkiew:
ski Leopolien ac Exercituum nrõ Campiductore Przemyslien Camene:
eng Nicolao Oleśnicki Małopolen Adamo Stadnicky Przem:
slien Lublinen Soleng Joanne Orzelski Podolien Osteng Joanne
Kostkowski Dantzcen Castellanis et Capitaneis Sigismundo Marscho:
no a Mirzkow supremo Regni Marschalco nostrã ciuitatis Kozim
Joanne Zamoiski de Zamosczie supremo Regni Cancellario et
Exercituum generali Belzen Marienburgen Derpaten Inowrocl:
en Knyszinien Medirzecengs ac Capitaneis ac alys Senatoribus
ac officialibus Curiã nrã nec non terrarum nuncys et Secretarijs
et Aulicis nrõs fide dignis testibus sint: ac sic nobis dilectis

Sigismundus Rex

Sortes villæ Botwiny Stani: Slao Kalinski conferuntur

Sigismundus etc. Significamus etc. Quod cum Nobilis Stanislaus Kalinski certa sortis villæ nrã Botwiny in Capitaneatu Baren vigore iuris sui aduitalitij sit legitimus possessor atq eius erga nos et Rempub fides militarisq experientias per certos consilianos nros esset nobis commendata faciendum nobis putauimus vt maiori euidentiorisq gratia eundem complectamur. Itaq tum nonnullæ sortes villæ eiusdem post decessum Nobilium Christophori et Pauli Kalinskich

skith fratrum ipsius germanorum ad dispositionem nram devoluta si
hunc ipsum Nobilem Stanislaum Kalinskium vsu et possessione eorundem
conservandum et relinquendum esse duximus conservamusq; et relinquimq
praesentibus literis nris, ita quidem quod idem Nobilis Stanislaus Kalinsky
et Heligabetha Oborska coniuges sortem moderna possessionis sua et sortes
praedictorum fratrum demortuorum villa pranominata Botkowiny am:
bo insolidum tam coniunctim quam divisim, cum omnibus fundis agris, pra:
tis campis, sylvis, usibus, fructibus, redditibus et emolumentis, colonis (me:
rombus, adeoq; omnibus et singulis utilitatibus, attinentijs et pertinen:
tijs eo antiquitus spectantibus vigore huius conservationis nostra tene:
bunt, habebunt, et possidebunt ad vitae sua extrema tempora. Promit:
timus autem verbo nro Regio pronobis et heredibus successoribus nris quod
quamdiu pranominati coniuges vixerint vel alter eorum vixerit
eos ab usu et possessione sortium pramemoratarum villa Botkowiny
suarumq; attinentiarum non amouebimus neq; alienabimus, amouen:
dive aut alienandi cuipiam potestatem faciemus, quin saluum et integru
illa sumq; ius vitalitium in eisdem bonis et nos conservabimus ipsis et
heredi successores nri idipsum facturi sunt. Ratione quorum seruitiu
bellicum qualibet necessitate urgente tum capitaneo nro Barensi mo
equo armatus obyre prastareq; nobis et patrie tenebitur. Juribus nostris
Regalibus, Reipub. et ecclesiae catholicae salvis. In cuius rei fidem u
Datum Cracouiae die sexta Mensis Martij Anno Domini M. D. C
tertio Regnorum nrorum Polonia decimosexto Suecia vero nono

Sigismundus Rex

Consensus cedenuilla Ciutki in personam Czerlinkowski et coniugis sue

Sigismundus etc. Significamus etc. Quod cum Nobilis Lu: vp

cas Karieoski vir militari studio de nobis et Repub.ca bene merentus cuperet toto et integro iure suo quod ipsi vigore consensus nri post cessionem iurisq transfusionem per parentem ipsius Nobilem Valentinum Karieoski in Actis castren Vinnicen facti super villam Siutki in eod Vinnicen capitaneatu sitt cedere, illiusdq in personas Generosorum Joam Gerlinkowski Dapiferi Bracłavien et Annae Mossalska coniugum transferre transfundereq. Supplicatumq nobis esset ipsius nomine vt eam ad rem rite perpendam consensum nrum Regium praberemus. faciendum id nobis facile putauimus. ac postea quam ea cessio coram quibuscunq Actis autentficis legitime peracta fuerit ratam firmamq habentes dictam villam Siutki praenominato Generoso Joan Gerlinkowski Dapifero Bracłavien et Annae Mossalska coniugibus quo eundem Dapiferum ad bene merendum de nobis excitemus cum omnibus vtilitatibus fructibus, prouentibus reditibus, emolumentis attinentijsq et pertinentijs antiquitus eo spectantibus vniuersis nullis exceptis negq pro quopiam alio resecatis, ita prorsus quemadmodum in suis metis et limitibus antiquitus continetur in solidum tam coniunctim quam diuisim damus et conferimus tenendam habendam et possidendam pacifice q et quiete vtifruendam ad extrema usq ipsorum veleorum alterius vite tempora. Promittimusq pro nobis et heredibus successoribus nris non esse nos dictam villam quicquamue ad eam pertinens vlla ratione ab eisdem coniugibus amoturos aut alienaturos amouendiue aut alienandi potestatem cuipiam facturos quin totum et integrum illa sumq eius vitalitium ipsos et alterum ipsorum conseruaturos. Iuribus nris Regalibus Reipub.ae et Ecclesiae catholicae manen salvis. In cuius rei fidem &c. Datum Cracouiae die sexta Mensis Martij Anno Domini M. D. C. III Regnorum nrorum Poloniae XVI Sueciae vero anno nono

Sigismundus Rex

Aduitalitas in uilla Sorbinow-ka Mathia Tworowski dat.

Sigismundus etc. [a] Significamus etc. [a] Quia nos rationem habentes Nobilis Matthiæ Tworowski seruitiorum militarium quæ Reipub.[d] huic et nobis per omnes ferè bellicas expeditiones præstitit ipsi iure aduitalitium in bonis nris villæ Sorbinowka in districtu Chmielnicen[2] sitt vna cum coniuge ipsius Nobili Anna Landum et concedendum esse duximus damusq; et concedimus præsentibus literis nris. Jta vtÿdem coniuges Matthias Tworowski et Anna Klicka ambo in solidum coniunctim et diuisim vno extincto alter superstes cum vniuersis et singulis attinentÿs, fructibus, prouentibus, commodis et emolumentis nullis exceptis, vten fruen, quietq; pacifice etm: tegrè possiden[2] ad extrema vsq amborum vel alterius superuiuen: tis vitæ tempora. Promittimusq pro nobis et Sereÿmis successoribus nris Regibus Poloniæ verbo nro Regio, quod gramen ÿdem coniuges bi: dem, vel alteruter eorum vixerit, non esse nos eos ipsos a possessione et vsu dictæ villæ Sorbinowka eiusq attinenciarum redempturos vel alienaturos, redimendiue alienandi aut amouendi cuiusq po: testatem daturos neq; aliquid eiusmodi fieri permissuros, quo pacata quieta et integra dictorum bonorum possessio impediretur, neq; serenm successores nri id ipsum facturi faciendiq; potestatem cuiquã daturi sunt. Jta tamen vt onera et seruitia ad Arcem nram Chmiel: nicen debita more eius spectantia Polonorum more eius aduita: litatis obÿre præstareq teneatur Iuribus nris Regalibus Reipub.[d] et Ecclæ Catholicæ saluis. In cuius rei fidem etc. [a] Datum Cracouiæ die septima Mensis Martij Anno Domini M.D.C.III Regnorum nostrorum Poloniæ XVI Sueciæ vero arno nono

Sigismundus Rex

Priuilegium immunitatis Suburbanorum Lublinensium

Sigismundus &c. Significamus &c. Expositum nobis esse Suburbanos Lublinen. grauissimis plerunq; incommodis et infortunijs affici maxime vero ab ijnis incendio gravi nuper ita afflictos esse ut non modo domorum &c facultat' etiam omnium extremam plane iacturam adierint ad inopiam q; maximam sint redacti. Quod ne idem ex incuria et negligentia aliqua accidat eorq; prox: sus spesundet. Supplicatum est nobis illorum nomine vt et ordinatione aliqua constituta qua a casibus eiusmodi aduersis infortunijsq; eos tutari posset illis subuenire mus et beneficijs atq; opera ad pristinam illorum substantiam subleuare mus. Cui illorum supplicationi non libenter fuimus assensi. humanum et Regium existimantes afflictis omni ratione subuenire. Quare vt imposterum ab eiusmodi casibus incendijs minus liberiores et tutiores esse possint, ipsis Suburbanis et ciuibus illorum facultatem edificandi domos lapideas in Suburbio Lublinen. dandam et concedendam esse duximus damusq; et concedimus praesentibus hisce. Deinde quod in coquenda cerusia a ciuibus Lublinen. vti nobis relatum est impediantur quando quidem illi omnia et singula onera qua alij ciues Lublinen. predecessoribus nostris Serenissimis Regibus Poloniae praestiterunt nobis etiam praestent ostim dexibus ita in beneficijs quoq; reliquis ciuibus coequari eos volumus. maxime vero in quaerendo victu parando q; et coquenda ac diuendenda cerusia, ruius coctuam venditionemq; et propinationes in quantum Priuilegijs dicta Ciuitatis specialiter ea res non repugnet permittimus ordinemq; in coquenda cerusia seruari ab ipsis volumus. Postremo cum intellexissemus ex querella dictorum Suburbanorum

Suburbanorum eos sub tempus celebrationis Judiciorum Tribunalis
Regni ab hospitibus qui negotiorum suorum causa eo
veniunt sæpe arctari acinde maximas molestias pati, æquum esse cen-
suimus ut ab eiusmodi onere liberi esse possint. Quare exceptis per-
sonis publicis, Judicibus minimum ipsis qui eo ex omnibus Re-
gni partibus ad celebranda Judicia solent convenire, et alijs
personis quæ ad Judicia eadem aliqua ratione pertinent, a reli-
quis omnibus ut potè privatarum rerum ac negotiorum privato-
rum causa ad Tribunal venientibus excipiendis eos liberos et immu-
nes facimus, tales enim privatim hospicia sibi comparare aut con-
dvcere debent. esset enim iniquum prorsus et miserum si quis propria
impendio domo parata et constructa maiorem animi partem ea careat
alteri q̃ potius quam ipsi commodo sit et emolumento. Quod omni-
bus quorum interest, præsertim verò officialibus et Magistratibus
quibuscuis adnotitiam deducentes mandamus ut prædictos Subur-
banos nros Lublinen circa prædictas libertates ipsis per præsentes
à nobis concessas et ipsi observent et ab alijs observari curent. In
quorum fidem præsentes manu nrâ subscripsimus et Sigillo nostro
communiri iussimus Datum Varsoviæ die octava Mensis Martij
Anno Domini M. D. C. III Regnorum nrorum Poloniæ decimo
sexto Sueciæ verò anno nono

Sigismundus Rex

Aduitalitas super capitanea-
tu Bratianen Caterinæ Dzialyńska

Sigismundus &c. Significamus vt. Quodtum Magnificum
Nicolaum Dzialyński à Dzialyń Palatinum Culmen. Bratia-
nenq̃ Capitaneum tum maiorum suorum summis m̃ ac Repub. Ma-

gistratibus defunctorum tum proprijs illius meritis commendatum
habeamus libenter omnes ostasiones beneuolentiæ et gratiæ nrãe ei com:
probandæ amplectimur. Is nanq; á celeberrima non tantum virorũ
summis in hoc Regno honoribus festis spectatorum, verum et multa-
rum earumq; nobilissimarũm familiarũm fecundissima ortus pro:
sapia. ÿs virtutum eruditionis ac meritorum testmonijs ad eum que
rexit honoris gradum erectus abundé tam Sermo Regi Stephano an:
tecessori nro quam nobis omnia præstitit, quæ á præstanti Senatore
nri obseruand.mo et Reipub.æ amantissimo iure expectari poterant
Cnote cum pro Magca Catherina Dulska coniuge sua apud nos mitere ces:
sisset vt ei vna cum illo ius aduitalitium in capitaneatu Gratianen
bonis gommibus ad eum pertinen conferremus, tribuendum hoc illius
meritis atq; intercessioni apud nos facta duximus vt eidem Magcæ Ca:
therinæ Dulska præclari olim Senatoris et de Sermo Rege Stephano
antecessore nro et de nobis bene meriti Senatoris Magnifici Joannis Dul:
ski Castellani Culmen Regnig Thesaurarÿ filiæ coniugi sua ius
aduitalitium in præacto capitaneatu Gratianen damus et conce:
dimus, prout damus et concedimus præsentibus literis nostris. Quem ca:
pitaneatum cum castro oppidis villis, Scultetÿs, molendinis, attinen-
tÿs commodis, vtilitatibus ad eum capitaneatum ex antiquo spectan:
tibus, et prout eum præditus Magnificus Palatinus Culmen tenet
possidet eog; vtitur, Magnifica quog; Catherina Dulska cum
eodem Magnifico Palatino Culmen coniuge suo tenebit, possidebit
eog; vtetur in solidum ad extrema vitæ sua tempora. Promitten
nro et Sermorum Successorum nrorum nomine quamdiu præfatus Ma-
gnificus Nicolaus Opalÿnski Palatinus Culmen atq; Catheri:
na Dulska coniuges vixerint vel post decessum vtrius alter eorũ
vixerit, non esse nos eosdem a possessione eiusdem capitaneatus bo:
norumq; omnium ac integrorum ad eum pertinen amoturos ac expem:
pturos si quidem is capitaneatus summis antigurijs onerat[illegible] est neq;
experimendi et amouendi cuiquam potem facturos, quin potius
quo ad

quoad prædicti conivges vixerint vel alteruter eorum altero defuncto vixerit in quieta eius capitaneatus possessione ac integro usu eosdemet unum quemqs illorum conservabimus Serenitqs successores nri conservabunt. Post obitum vero prædictorum conivgum non prius eius capitaneatus possessio ad nos Serenitqs successores nros redibit quam summa ibidem inscripta vel potius summa inscripta aduti alitate extenuata qua de iure venerit successoribus illorum integre persoluta fuerit. Iuribus nris Regalibus Reipub.ae nr. Et nostrum rei fidem nr.m Datum Cracouiæ die nona Mensis Martij Anno Domini M. D. C. III Regnorum nrorum Poloniæ XVI Succiæ vero nono

Sigismundus Rex

Consensus excemen, Lemanstwa in capitaneatu Kamerstinen. Michaeli Konarski datus

Sigismundus R.a Significamus R.a Quod cum nomine Generosi Michaelis Konarski capitanei Kamerstinen. exposita nobis esset mi villis nris Zawada. Zyki de Kendrowice de Nadowa ad capitaneatum Kamerstinen. tenuta illius pertinentes Soultetias vulgo Lemanstwa dictas minime necessarias referi: ri quæ si de manibus possessorum earum eximerentur atqs bonis ibidem nris adiungerentur non contemnenda reditium capitaneatus illius accessio futura esset. Cumqs ad eam rem perficiendam operam suam nobis offerret si ad excemendas eas Soultetias seu Lemanstwa consensum nrum illi præbere dignaremur. Nos

bonorum nrorum reditus promouere cupientes simulq3 praesen=
ptum legum publicarum de exemendis mutilibus sculletis seque
facite prædicto Gnoso Capitaneo nro Hamerstmen exmiendarum
sculletiarum eiusmodi in villis mis prædictis facultatem dan
nobis esse duximus prout damus p̃ntibus lris mis: ita quidem ut
eas sculletias Lemanstwa dictas iustis pecuniarum summis et ex
legitima commissariorum taxatione prouenientibus de manibq
earum possessorum exmiat et eliberet. Liberumq3 ei sit bona
eiusmodi quæ exemerit bonis ibidem mis adiungere et ea ipsis
incorporare atq3 ad meliorem quam potuerit conditionem et
utilitatem redigere. ad hæc ijdem prout alijs bonis mis Capitane:
atus Hamerstmen vti ac frui ad extrema vitæ illius tempora
in quorum nos illum possessione ac integro usu nro et Sermorum
successorum nrorum nomine quo ad vixerit relinquimus et conser:
uamus. Post mortem vero illius non eius bonorum eorundem
modo præmisso exemptorum possessio ad nos Sermosq3 succes:
sores nros redibit, quam summam in exemptionem earum per ipsum
exposita successoribus illius integre persoluta fuerit. In cuius rei fidem &c Datum Cracouiæ die decima Men=
sis Martij Anno Domini M. D. C. III Regnorum nrorum
Polonici XVI Suetici vero anno X°

Sygismundus Rex

Duo mansi in uilla Niwki Nico-
lao Kielczewski et suæ cõiugi dantur

Sigismundus &c. Significamus &c Quia nos meritorum
in nos Reipub^m^ tranq3 Gnosi Nicolai Kielczewski Capitanei
Osfowen et Aulicii nri benignam habentes rationem ipsum cum
Gnosa

Generosa Anna Maria Duminowna coniuge ipsius in vsu et paci-
fica possessione duorum mansorum agri in villa Derlicki quos antea
Nobilis Martinus vigore literis sui possidebat conser-
uari et relinqui esse duximus vti quidem conseruamus et relinqui-
mus literis nris præsentibus. Ita vt eosdem mansos duos agri præ-
dicti coniuges ambo insolidum tum omnibus eorum attinentijs
et pertinentijs teneant habeant, possideant quiete et pacifice ad
extrema vitæ vtriusq vel alterius eorum tempora. Promitten pro
nobis et hæredibus successoribus nris quod quamdiu ydem coniuges vixe-
rint eos et quemlibet eorum superstitem a possessione et vsu dicto-
rum mansorum duorum agri non amouebimus nec alienabimus
neq amouendi aut alienandi potestatem cuipiam faciemus quin
eos in vsu et pacifica possessione eorum et nos donec vixerint aut
alteruter eorum vixerit conseruabimus et hæredes successores in con-
seruabunt. Ratione cuius aduitalitatis, memorati coniuges
quaxtam summam in eisdem duobus mansis inscript partem no-
bis et Reipub. iuxta constitutionum Regni prescripti coronam-
re et remittere tenebuntur. Iuribus nris Regalibus Reipub. et
Ecclesia catholica salvis ibidem manen. In cuius rei fidem
Datum Cracouiæ die decima Mensis Martij Anno Domini M.
D. C. III Regnorum nrorum Polonie XVI Sueciæ vero anno X°

Sigismundus Rex

Aduitalitas in Tenutis Msczo-
now et Zatorsat'na de Sobieszin

Sigismundus etc. Significamus etc. Ea sunt Generosi
Stanislai Radzieiowski Sochaczonien et Bielsen nri Capitanei
et generis vetusti et propria quoq ipsius ornamenta ac erga Prin-
cipes suos Regq pub. merita vt quibuscunq rationibus illis
promouendis faueamus. Nam et acceptum a maioribus familiæ

decus omni laudis studio vestigijs eorundem insistẽs præclarè
tuetur et alacritate ac promptitudine vsibus quibuscunq nris
obsequendi est singulari spectata fides ac industria ipsius mis:
la obsequijs Serenæ olim Reginæ Stinæ materteræ nræ dessi:
deratissimæ spectata satis abundè etiã nris Reipubcæ seruitijs
quibus à pluribus annis obeundis talem se præstitit vt præ:
uissimis negocijs peragendis a nobis præficeretur. Vbi fanè eo
euidentius quanta esset industria quanta integritate ac in publi:
cis negocijs tractandis prudentia aliisq3 præclaris animi inge:
nijq3 dotibus præditus, demonstrauit: eoq3 magis gratum se
nobis reddidit. Tum itaq3 benignè nræ erga ipsum voluntatis
declarandæ occasio tum hoc tempore nobis daretur non dif:
ficulter id petitioni ipsius dedimus, vt ius aduitalitium quod
super bona nra Regalia seu Tenutas Alschonow et Zathor
in districtu Sochaczowien sit' à Serenissimo olim Regi Stephano
Decessore nro concessum habet coniugi quoq3 ipsius Ignatiæ
Catherinæ de Sobieschin filiæ Magci Marci Sobieski Palatini
Lublinen communicaremus concederemus q3. quod quidem fa:
cimus præsentibus literis nris: ita vt præfati coniuges ambo mi:
litum vel alteruter defuncto altero eorum superstes Tenutas comme:
moratas Alschonow et Zator cum prædijs, agris, pratis, fundis
possessionibus, reditibus, obuentionibus et emolumentis in pe:
nexe omnibus prout eodem antiquitus spectarunt et hactenus
possessa sunt, nullis exceptis, pro nobis ve aut quopiam alio re:
seruatis, teneant habeant, ac possideant ad extremam vitæ sue
tempora. Promittimus uerò pro nobis et Serenissimis succes:
soribus nris nos Serenos q3 successores nros præmemoratos coniuges
quamdiu in viuis extiterint ab vsu ac possessione prædictarum
Tenutarum tam in toto quam in parte amoturos priuaturosq3
vel amouendi priuandiq potestatem cui quam daturos quin
potius integrum et inuiolatum ius aduitalitium istiusq eorum mi:
litum præstituros. Ratione autem eius aduitalitatis com:

memoratoꝝ

memoratorum coniugum successores quantam summæ in bonis ac Te-
nutis ijsdem inscripta partem iuxta præscriptum legum ac Con-
stitutionum publicarum nobis ac Reipub.ᵉ remittere ac condo-
nabunt. Juribus quoq; nris Regalibus Reipubᵉ et Ecclesiæ
Catholicæ salvis per omnia ibidem permanentibus. In cuius
rei fidem præsentes manu nra subscriptas Sigillo Regni com-
muni mandauimus. Datum Cracouiæ die decima Mensis
Martij Anno Dñi M D C. VII Regnorum nostrorum Polo-
niæ XVI Sueciæ vero Anno decimo

Sigismundus Rex

Consensus cedendi molendini in villa Ostapkow in personam Mᵍᶻᵒ Castellani Sendomierien.

Sigismundus etc. Significamus etc. Quod cum Vnabilis
Stanislaus Makowiecki Abbas Coronowien. et Thesaurarius nostri
Scotarius in animo haberet omni ac integro iure suo quod illi
ad bona molendinum in villa Ostapkow Capitaneatus Bustensis
competit Magco Stanislao Comiti a Tarnow, Castellano Sen-
domirien. Bustēn. dto Capitaneo cedere et condo-
nare, supplicatum nobis fuit per certos consiliarios nros
ipsius nomine, ut huic rei benigne annuere dignaremur. Cuius
nos fidem et merita nobis et antecessoribus ab ipso præstita ap-
prime commendata habēs facile huic petitioni consentiendum
esse duximus, ut quidem consentimus præsentibus literis mis
Dantes et concedentes eidem Vnabili Stanislao Makowiecki
plenam et omnimodam facultatem ut coram quibuscunq;

factis autentficis Regni tempore gtocung opportuno eam cessiom
peragere possit et valeat. Quam quidem cessionem nos ratam et gra:
tam habituri sumus vti gra precedente hoc nro consensu peragetur
Corporeq eius predictus castellanus Sendomiensis molendinium supra:
scriptum cum omnibus agris pratis, campis, sylvis, colonis, hortulanis
piscinis omnibusq et singulis prædicti molendini fructibus proventi:
bus attinentys et pertinen universis nullis prorsus exceptis aut cui:
piam alteri reservatis quam longe lateq antiquitus ad illud molen:
dinum pertinen ipse quoq tenebit, habebit, et possidebit ad extrema
vitæ suæ tempora. Promittimusq nro et successorum nrorum nomine
non esse nos negq successores nros eundem Magnum Stanislaum comite
a Tarnow quo ad vixerit a possessione et usufructu dicti molendini amotu:
ros aut alienaturos, quin imo salvum ac integrum jus ad vitale præ:
stituros successoresq nros præstituri sunt. Quo ex hac vita sublato
non prius ejus molendini dispositio ad nos successores nros re:
dibit quam summa ibidem legitime inscripta vel ex commissaxior
ta ab proximen successoribus illius fuerit persoluta. Juribus nris
Regalibus, Reipub. et Eccla catholica salvis ibidem semper
manen. In cujus rei fidem &c Datum Cracovia die decima
Mensis Martij Anno Domini M. D. C. III Regnorum nrorum
Poloniæ XVI Sueciæ vero anno X

Sigismundus Rex

Consensus cedentis illa Bichtin in personam Mathiæ Zablonowski

Sigismundus &c significamus &c. Retulisse ad nos non
nullos consiliarios nros Generosum Lucam Lerny Præfectum
peditum de nobis et Duo olim Stephano Regi pie memoriæ a sine
et decessore nostro charissimo deq Reipub. optime meritum toto
ac integro

ac integro tunc gradu mecum una cum Inosa Sophia Lascorona eius
coniuge in solidum ad extrema vitae tempora super villam Barstin in Pa:
latinatu Podoliae et districtu Kamenecen sitam a nobis collatum fue:
rit velle cedere illustris in personas Generosi Matthiae Jablonowski
et Generosae Catherinae de Klommice coniugis ipsius ad gratiosas Acta
authentica transfundere. Supplicasset nobis vt mecum eam cessionem ac iu:
ris transfusionem consensum nostrum praeberemus. Et supplicationi son:
filiaxiorum nostrorum et meritis praedicti Matthiae Jablonowski liben:
ter id dandum esse duximus iamq praesentibus damus. Vt enim alia
eius in nos merita silentio praetereamus dum ab Illri et Magco Joan:
ne Zamoiski de Zamoscie Regni nri supremo Cancellario et Exer:
cituum generali Capitaneo ac Ter[illegible]ram cum Tartarorum Chano
qui Valachiam occupare conabatur res dextre perexerit Deinde
ductu Magnifici Stanislai Zolkiewski de Zolkiew Castellani
Leopolien et campestris exercituum Regni nri Haurbiessocien Roha:
tinen Kamionacen Kalussien gnrii Capitanei, in coercenda et extir:
panda Cosakorum licencia, qui toties et pacta conventa Regni nri cu
caeteris rumpere et in nras ditiones non nullas Regni ac Magni Du:
catus Lithuaniae irruere, atq illas praedari ausi fuerunt. Deque po:
stea superius memorato Illri et Magco Regni nri supremo Cancellario
et gnali exercituum Capitaneo in prosequendis Moscalis qui Mol:
daviam Transalpinam ruinis nri proximiare vastarat copijs ac ex:
tremum in proxime praeterita contra Carolum Sudermaniae Ducem,
nrum ac Reipub. hostem expeditione qua et caeli in uirijs et anno:
na summa inopia praeuis admodum fuerat, ita se gessit, vt et boni
cium, et alacris fortis, strenui militis multa specimina abunde edi:
derit. Quae cum ita se habeant facile in eam cessionem vti iam supe:
rius memoravimus assentimur, eamq vbi legitime ad gratiosa Acta
authentica facta fuerit ratam et firmam habebimus, ac praefati Mat:
thias Jablonowski et Catherina de Klommice coniunx ipsius villa
Barstin in solidum ad extrema vsq vitae sua tempora potientur
ac eam cum omnibus et singulis, attinentijs pertinentijs, fundis, agris
colonis, sylvis, pascuis, pratis, stagnis, lacubus, molendinis, cum omni:

bus dem̃q fructibus, commodis, vtilitatibus, reditibus, prouen:
tibus, obuentionibus, emolumentis quæ vel iam nunc nr̃is sunt vel
imposterum ruinis quam industria nr̃a restitui poterunt, ita ne pene:
litas specialitati et specialitas generalitati nr̃i aliquo derogęt
nr̃aq; eorum fines quibus antiquitus quam latissimé circumsẽ:
pta est, quietè et pacificé iuxta originale Priuilegium et quemad:
modum à præfatis Litta Serrij et Sophia Laschowna de Swiexiesow
conrige ipsius possidebatur tenebunt et possidebunt atq; illa quietè
et pacificè vtifruentur. Promittimus nr̃o et Serr̃i nor̃i successorum
nr̃orum nomine verbo nr̃o Regio quam diu nominati Matsias
Jablonowski et Catharina de Kommite conr̃iuncti ipsius vixerint
aut alteruter eorum vixerit, nulla nr̃a aut Reipub.ᵉ Fisci, sulinæ,
stabuli ac alia grauis vel maxima necessitate prædictam vil:
lam Baostyn nos successores q3 nr̃os à præfatis conr̃iugibus aut alter:
utro eorum redempturos redimendi nr̃ę potestatem cuiquam per:
missuros. quin imó ni pacifica eius possessione vtrumq; illorum mo:di:
dum ad extrema vitæ eorum tempora nos et successores nr̃os conseruatu:
ros. Illi verò ratione eius sibi à nobis concessæ admitalitatis quar:
tam partem summæ in eisdem bonis iustè et legitimè inscriptæ no:
bis ac Reipub.ᵉ secundum constitutiones Regni condonare et re:
mittere tenebuntur iamq; condonant et remittunt. Iuribus nr̃is
Regalibus Reipub.ᵉ et Ecclesiarum catholicarum salui manen̄
In quorum omnium fidem &c Datum Cracouiæ die decima
Mensis Martij Anno Domini M. D. C. III Regnorum no:
strorum Poloniæ XVI Sueciæ verò anno X°

Sigismundus Rex

Consensus ceden̄ molendino circa Lenczÿcz Decodicat virginibus Prȝmonstraten̄ in ibidē

Sigismundus vel ª Significamus vel. ª Exhibitum supplicatum
nobis fuisset per certos consiliarios nros nomine Generosi Joannis Kam:
kowski castellani Landen Lanciciens nri capitanei vt ei liceat toto
et mitepro vite suo tempore vsitali quod illi super molendinum Staroniei:
ski nuncupatum in fluuio Bdura circa oppidum nrum Lendica
existens competit religiosis ac deo dicatis virginibus Premonstra:
tens quibus claustrum seu Monasterium Ihesus Nazareni Sancti Joan:
nis castellanus Brzezinien in eodem oppido nro Lanciciens edificata:
uit vltro dotauit cedere et conscendere. Cosita q intercessionibus
eorundem consiliariorum ad diuini cultus diuini ronem maxi:
mam habentes ac faciendam cessionem eam consentiendum et per:
mittendum esse duximus vti consentimus et permittimus p presentibus
literis nris. Quaquidem cessio vbi legitime coram Actis quibuscunq
autenticis Regni facta et recognita fuerit nos eam ratam et p rata
habituri sumus vti qua nro consensu precedente recognita fuerit. Cuius
quidem cessionis ac consensus nri vigore molendinum hoc cum omnibus
et singulis attinentijs et pertinentijs commodis ac emolumentis vni:
uersis, nullis penitus exceptis quemadmodum illud idem Ihesus Jo:
annes Kazinkowski castellanus Landen tenuit et possedit. Homines
predicte tenebunt habebunt possidebunt illoq vtifruentur ac ex:
trema vite nre tempora. Promittimusq verbo nro Regio quod eas:
dem religiosas ac Deo dicatas virgines Monasterij eius dem Premon:
straten ab vsu et possone dicti molendini quo ad vixerimus non amo:
uebimus neminiq alteri ipsum faciendi potestatem dabimus sed
illis iustum tectumq ius ad vitale super molendinum suprascriptu
illius omnes attinen conseruabimus. Cuius mis Regalibus Rei:
pub. et Ecclesie catholice per omnia saluis. In cuius rei fidem vt ª
Datum Cracouie die decima Mensis Martij Anno Dni M.D. Etc
Regnorum nrorum Polonie XVI Sueciae vero decimo

Sigismundus Rex

Consensus cedeń villa Bo-
giuszyce in persona Woluckiego
et consortis eius

IGismundus &c. Significamus &c. Quod cum nobis relatu
esset per certos consiliarios nros nomine Generosi Francisci Relski
Arcis nrae Cracovien. magni Procuratoris atq; villae nrae Bogu-
maius m. Palatinatu Rauen. sitae Tenutarij constituisse et mi am:
mum induxisse eum de iure suo adunitalitio ad eam villam habito
summag; mi ea inscripta sibi sexuien. Generosis Philippo Wolucki de:
natori famenecen. atq; consorti eius Helizabetha Kalniowska con:
iugibus cedere et condescendere consensumq; ad id num requisiuisse
non nepandum eum sibi rationemq; in eo meritorum eius habeni esse
existimauimus. Quare potestatem illi fecimus facimusq; his cedis
nris cedeń ad acta gra cungd authentica Regni de eodem omni iure
suo super praefatam villam, et summam ibidem antiquam habito eis:
dem praefatis coniugibus. ipsamq; recognitionem rescriptis postequam
per eundem Nostrum Franciscum Relski facta et recognita fuerit ra:
tam et gratam habituri sumus non secus ac si coram nobis recogni ta
fuisset. Insuper volentes veteris gratiae nrae in praefatis Philippo
Wolucki et Helizabetha Kalniowska coniugibus, extare testi:
monium ipsis eandem villam cum omnibus eius fundis, agris, pratis,
hortis, sublitis censibus laboribus, attinentijs et pertinentijs
vniuersis nullis penitus exclusis prout á praefato Francisco Relski
possidebatur in vsum fructum et possessionem ad extrema vtriusq;
eorum vel alterius superuiuentis vita tempora in solidum tam con-
iunctim quam diuisim damus et conferimus. Concedimus etiam facul:
tatem praedictis coniugibus Sculteti am in eadem villa de mani:
bus quorumuis possessorum iustis pecuniarum summis ibidem inscri:
ptis, vel ex taxa commissariorum prouentibus redimere quá
etiam redemptam ambo in solidum coniunctim et diuisim ad exte:

ma vita

ma vitæ suæ tempora tenebunt & habebunt et possidebunt. Iromitten
pro nobis et hermis successoribus nris, quamdiu prænominati conjuges
vixerint vel alter eorum vixerit non essenos Segmos & successores nros vil:
la præfata atq Sculteția ullam ob causam necessitatem & nram aut
publicam eos priuaturos nec cuiquam priuandi aut removendi ptem
concessuros, imo conservaturos eos in usu et possessione eorum bonorũ
omnium & illorũm attinentiarum ad extremum vtriusq eorum vitæ
terminum. Ratione cuius admittalitatis eam partem summæ gra di:
pore constitutionum Regni extenuanda est nobis et Reipub. coram gñ:
busdeng Actis Regni in authenticis remittere et condonare debebunt
Post obitum vero vtriusq eorundem coniugum successores illorũm non
prius dictæ villæ possessione atq Sculteticæ cedere debebunt quam
summam vtriusq bonis præfatis existens eis integrè persoluta et nume:
rata fuerit. Vtribus nris Regalibus Reipub. et Ecclesiæ catholicæ
salutis ibidem manen. In cuius rei fidem &c. Datum Cracoviæ die
xii Mensis Martij Anno Domini M. D. C. Vj Regnorũm nrorum
Poloniæ xvi Sueciæ vero amo decimo

Sygismundus Rex

Consensus cedeń fundo Vro:
czijsko Chodorowka dict'in
personas Zukowskich

Sygismundus &c. Significamus &c. Consensisse nos et permi:
sisse consentire q̃ præsentibus & posteris damus Mijtjcz vt de omni et
integro iure suo adnitalitio quod illi super fundi deserti medie:
tatem Vroczijsko Chodorowka dict'm quo antea villa locata et
postea a Tartaris hostibus nris devastata fuerat in Capitaneatu
Chmielnicen consisten competit, cedere, illudq in personas & posteri
Joannis et Andreæ Zukowskich fratrum germanorum transfere

et transfundere valeat et possit. Quæ quidem cessio posteaquam cō-
ram quibuscunq modo autentficis Regnj nr̄j Actis peracta fuerit exit
nobis rata gratag vti ea quæ consensu nr̄o peragetur. Atq cuius cessio-
Dwierzchowska conferremus, facilem fauoq iusta petenti præbu,
imus assensum, præfatag bona eisdem conferenda esse duximus:
vti quidem præsentibus literis nostris conferimus. Ita vt
idem Nobilis Nicolaus Lobiedzinski, vna cum vxore præfata
Anna Dwierzchowska, ambo in solidum, tam coniunctim, quam
diuisim, præfata bona cum omnibus villis, prædijs, fundis,
agris, campis, pascuis, lacubus, piscinis, colonis, molendinis
sylui, nemoribus, fructibus, prouentibus, et reddit:ibus om:
nibus, nullis prorsus exceptis, quorum nomine nuncupatis,
ad bona commemorata quouis modo spectantibus, in solidū
tam coniunctim, quam diuisim, teneant, habeant, possideat,
ad vitæ suæ, vel alterius eorum extrema tempora. Promit:
timus autem pro nobis, et Sereniss. successoribus nostris Polonię
Regibus, verbo nostro Regio, quam diu ipsi coniuges Nicolaus
Lobiedzinski, et Anna Dwierzchowska, vixerint, vel alter eo:
rum superstes fuerit, non esse nos eosdem, vel alterum eorū
superstitem, a possessione et vsu supradictorum bonorum eo:
rumq pertinentiarq et prouentuum amoturos aut alienatu:
ros, etiamsi vel grauissima quouis nostra, et Reipublicæ ne:
cessitas id ipsum exposceret, neminiq eius rei faciendæ po:
testatem permissuros, quin imo talium et integerum iuris adui:
taliciorum ipsis, et eorum alteri superstiti conseruaturos. Ratio:
ne quorum bonorum nulla alia onera nobis et Reipub. tene bun:
tur, quam ea ad quæ præstanda cæteri quoq bonorū nostrorū in Liuo:
nia possessores nobis sunt eruntq in posterum obligati. Iuribus
nostris Regalibus, Reipublicæ et Ecclesiæ Catholicæ Romanæ
saluis manentibus. In cuius rei fidem &c. Datum
Cracouiæ

Transsuit' die. X^a. Mensis Maij. Anno Domini. M°. DC°. III°. Regni. eum nostrorum Polonie. XVI°. Sueciæ vero anno Decimo.
Sigismundus Rex.

Conseruatio Martini Molendinatoris Molendini in ripa Ploora dict' in Capneatu Vsten. sitt.

Sigismundus. &c. Significamus. &c. Quia nos ad supplica. tionem nomine Honesti Martini Molitoris, apud nos factam, faciendum nobis esse duximus, vt eum in vsu, et pacifica possessione Molendini in Ripa Ploora dict' in Capitaneatu Vsten. dit', conseruaremus et relinqueremus: quemadmodum conseruamus et relinquimus præsentibus literis nostris: ita vt illud cum omnibus et singulis, vtilitatibus, fructibus, emo. lumentis, attinentijs et pertinentijs vniuersis, in Literis Ma. gnifici Petri de Potulice Palatini Calissien. Wyssogroden. Vsten. Capitanei, specificatis et expressis, teneat, habeat, et possideat, ad extrema vitæ suæ tempora. Promittimus, pro nobis et Ser^mis successoribus nostris, non esse nos, neq. Ser^mos Successores nostros præfatum Molendinum, quidquamue ex pertinens, à supranominato Molitore, amouendi aut alienandi potestate: cuipiam facturos: sed ipsi integeum ac illæsum vis ad. uitalitium conseruaturos. Post decessum vero ipsius, non prius ad nos, et dispositionem nostram præfatum Molendi. num redibit, quam summa ibidem inscripta, vel ex legitima Tasca Commissariorum prouenies successoribus ipsius per. soluta fuerit. Iuribus nostris Regalibus et Reipublicæ ibid manen. saluis. In cuius rei fidem. &c. Datum Varsoniæ die. X^a. Mensis Maij. Anno Domini. M°. DC°. III°. Regni nostri Poloniæ. XVI°. Sueciæ anno Octauo.
Sigismundus Rex.

Pensio. 200. Florenor. datur Ioanni Vaxman.

Sigismundus. &c. Significamus. &c. Tametsi nos fidem sim. gulariq

gularia merita Nobilis olim Joannis Vaxman secuitoris nostri em.
taisse, et nostram munificentiam posteritati ejus ejusdem testatam
esse merito censeamus. Itaq annuum Ducentorum Florenor pensione
quam illi vigore Privilegij a nobis sibi concessi, ex Theloneis Regni
nostri quotannis percipiebat, quaq à longa retro memoria ordina.
rie certis Notarijs in Thesauris nostris est constituta, neq in aren.
nibus arenda, sed inter onera censetur, ad presens post ejus obi.
tum, ad nos dispositionem nostram deuolutam, filio ejusdem Nobili
Joanni Vaxman, dandam et conferendam esse duximus: damusq
et conferimus literis hisce nostris. Ita quod predictus Nobilis Joan:
nes Vaxman, eam ipsam Ducentorum Florenor summam, singulis
annis, eodem modo, quo mortuus parens ejusdem, ultimus ejus possessor,
percipere solebat, videt pro quolibet Quartuali per Quinquagin.
ta Florenos polonicos tollet et percipiet ad extremum vite sue tempo.
ra. Quod ad notitiam omnium et singulorum, tam modernorum,
quam pro tempore existentium Theloneorum nostrorum Administrato
rum seu Procuratorum deducimus, mandantes, vt requisiti ab eod.
Nobili Joanne Vaxman vel ejus Mandatarijs, predictam Ducento.
rum Florenorum pensionem, quotannis, statutis temporibus, vti
olim parenti ejus prestare solebant, eidem quoq presentent, et repre.
sentent. Neq secus faciant pro gratia nostra. In cujus rei fidem &c.
Datum Cracouiæ die. XII. Mensis Maij. Anno Dni. M°. DC°. III°.
Regnorum nostrorum. Poloniæ. XVI°. Sueciæ vero anno Decimo.

Sigismundus Rex.

Eidem Pensio. 200. Talerorum.

Sigismundus. &c. Significamus. &c. Quia nos benignam voluntatem
obsequiorum Nobilis olim Joannis Vaxman, summa cum fide et di:
ligentia nobis prestitorum, habens, eadem posteritati ejus recom.
pensam merito debere putauimus: atq ejus filium ejusdem, Nobilem
Joannem Vaxman, ad similia prestanda, redderemus alacriore,
ipsi pensionem annuam, post obitum prememorati Joannis Vax,
man vacantem, Ducentorum Talerorum, quemlibet Talerum per
Triginta Sex grossos polonicos computando, dandam et assignandam
esse duximus, vti quidem damus et assignamus presentibus lite.
ris nostris: per eum ex Theloneis Regni nostri quotannis singu,
lis anni quatuor temporibus, videt pro Trimestri: Scilicet Festi Purifi.
Sancte

Sancta Sturis, et D. Lucia, per Quinquaginta Taleros, quemlibet per Sexaginta sex groshos computando, tollendam, et percipiendi, in vsus Suos conuertendam, ad extrema vita ipsius vsq tempora. Quod ad notitiam omnium et singulorum, tam modernorum, quam pro tempore existentium, Nobilem nostrum Administratorem, siue Procuratorem, deducimus, mandantes: Vt requisiti ab eodem Nobili Joanne Dax man vel eius Mandatario, eandem pensionem Ducentos Talerorum Polonic, prafatis singulis annis, et temporibus prasdictis, sicut premissum est, extradant et extradi curent. Quod nos in ratio: nibus, visa recognitione illius, susceptura sumus. Per gratia nr: stra seruis non facturi. In cuius rei fidem. rc. Datum Cracouia die. XII. Mensis Maij. Anno Dñi. M°. D°. III Regnorum nostrorum Poloniæ. XVI°. Sueciæ vero anno Decimo.

Sigismundus Rex.

Consensus cedeñ Taberna, Seu proedÿ Czelny dict, in Capi, taneatu Oiczowieñ sitt, Alber, to Krzuczki datur.

Sigismundus. rc. Significamus. rc. Consensisse nos consentireq per praesentes, Nobili Alberto Krzuczki, vt possit et valeat de iure suo, quod illi ad Tabernam seu proedium Czelnÿ dictum in Capitaneatu nostro Oiczowien sitt, necnon agros Miedzÿ: rzeczyska, et na Dziurawcu dictos, tam nouiter extirpatos, quam iure cessionis acquisitos, competit, in personam Nobilium Martini Czaiowski et Heduigis coniugum, coram quibuscunq actis autenticis Regni nostri cedere et condescendere. Quo quidq cessio, postequam facta fuerit, nos eam non secus ratam et gra: tam habituri sumus, ac si coram nobis ipsis, de certa voluntate, et consensu nostro peracta esset. Qua quidem cessione legitime peracta, prafatus Nobilis Martinus Czaiowski cum Nobili Hedui: gi coniuge sua legitima, supradictum Proedium, seu Tabernam Czelna dict, cum omnibus eorum bonorum fructibus, prouentibus, agris, pratis, syluis, nullis exceptis, tenebunt, habebunt, et possi: debunt, ambo, vxt, in solidum, coniunctim et diuisim, ad vita vsq: usq extrema tempora. Promittimusq verbo nostro Regis pro nobis et

vpG

et Sñis successoribus nostris, quod viuentibus coniugibus eisdem, vel eorum alteri, Tabernam, vel prædium, quicquid amue ad eam pertinens, à prædictis coniugibus quoad vixerint, non adimemus, neq; redimemus, neq; amouendi, aut redimendi potestatem cuiquam faciemus, verum in eius tranquilla possessione coniuges eosdem, quoad. ambo, vel vnus extiterit, alteruter eorum in viuis extiterit, integrè conseruabimus. Deterea quoniam idem Albertus Krzuchi induxit in animum, vt ex Taberna prædicta Celna, quam iure adiuta: litis possidet, prædium potius efficeret, existimamus id nostro et Sui vsui expedire. Ideò hoc quoq; eadem, Martino Kaiowski, coniugi ipsius, permittimus, vt videlicet sublato Taberna vsu, prædium ibi constituerit: Summa veri quam super Taberna prafata, iuste et legitime inscriptam esse, vel ex Taxatione prouenire constiterit, super eodem Prædio manere debet, ita vt eodem Martino Kaiowski et Heduigi coniugibus, vita functis, possessio Prædij prafati, non prius ad nos dispositionemq; nostram redeat, donec Successoribus ipsorum, summa eiusmodi, ex Taberna iure proueniens, reposita fuerit. Censum tamen ex eadem Taberna ad Aream nostram Radomiens Septem Marcas polonic. iuxta Regesta Reuisorum soluere, et nulla alia onera præter eundem Censum ferre tenebuntur. In cuius rei fidem. &c. Datum Cracouiæ die. XII. Mensis Maij. Anno Dñi. M.D.VII. Regnorum nostrorum. Poloniæ. XVI.° Veriæ vero anno Eiusdem.

Sigismundus Rex.

Bona Zebrowski iure caduca Stephano Napierkowski dāta.

Sigismundus. &c. Significamus. &c. Quia nos omnia bona mobilia et immobilia, summasq; pecuniarias, apud personas quascunq; existentia, post mortem Zebrowski seu Galowczyk, Incolæ Oppidi nostri Rozan, certis ex causis ad nos fiscumq; et dispositionem nostram Regiam iure caduco deuoluta, Nobili Stephano Napierkowski, Cubiculario nostro, danda et donanda esse censuimus, damusq; et donamus præsentibus literis nostris: Per eundem Napierkowski, bona eadem omnia legitima via iuris repetendi, atq; tenendi, habendi, possidendi, vtifruendi, nec non danda, donanda, vendenda, alienandi, ac in suos suorumq; successorum vsus beneplacitos perpetuo conuertenda. Quod omnibus et singulis quorum

quorum interest, nominatim vero Magistratibus quibuscis in Regno et Dominijs nostris, ad notitiam deducere mandamus, qr̃ præfatum Donatarium nostrum, bona eiusdem Zebrowski seu Garlowczyk, omnia in et extra Oppidum præfatum Rozgr, ac alibi existens, fisco et dispositioni nostræ obnoxia, non modo libere assequi et percipere permittant, verum etiam in ijs assequendis, de occupatoribus eorum indilatam iustitiam administrent, eog quid iuris, aty rei ipsius ratio postulauerit, studio faciant. Pro gratia nostra. In cuius rei fidem. rc̃. Datum Cracouiæ die. xiiii.a Mentis Maij. Anno Domini. M.o D.o iii.o Regnorum nostrorũ. Poloniæ. xvi.o Sueciæ vero anno decimo.

Sigismundus Rex.

Legitimatio Stephani Dbrowski.

Sigismundus rc̃. Significamus. rc̃. Quod vt præclare multa legibus et moribus prodita sunt, ad tuendam in hominum societate matrimoniorum sanctitatem, contra eos qui extra matrimonia procreantur: tum non minus bene et sapienter comparatum arbitramur, vt ijs Regia benignitate, legum gratia facta subueniatur, qui optima indole, aty virtute, aut industria meruere, vt ab omni nota illorum nota vindicentur. Cum enim in ipsis nulla culpa resideat, sorte tantummodo et conditione nascendi, a parentibus relicta, existimatio eorum grauetur, maiorem propria ipsorum virtutis, quam paterna flagitiositatis, rationem duci, et priuatim est æquitatis, et publice interest, eos spe bar̃ ac velut præmio proposito demenda bonis ar̃. tibus a parentibus sibi insita nota, tanto magis ad omne genus honestæ laudis et industriæ imitari. Quare eo nomine commendati. one pro Stephano Dąmbrowski extra matrimonium suscepto inter. posita, cum morum probitate, et tota vita ad honestatem et virtutem. tem optime instituta rationem dignum esse bar̃ beneficij nostri gratia intelligamus, hanc gratiæ impetrati a nobis patti tu. mus, vt eum natalibus restitutum, omni meliori legitimorum iure, conditione, censeri, haberi reputari, velimus ac iubemus. Ita quidem vt ablata omni nota, ac penitus abliterata natalium macula dignus et idoneus reddatur ad quæuis artificia exercenda, societates collegiorum seu contuberniorum inendas, officia et munia publica in ciuitatibus et Oppidis quibuscunq; obeunda, aty alia ad omnia et singula, quæ legitimo de iure et consuetudine tribuuntur. Ac testandi quoq, et ex testamentis hæreditates adeundi, legandi, et legata capiendi, in bona materna succedendi,

succedendi, tam ea quam alia quocunq nomine censeantur ad libe-
os descendentes leg, alios, iuxta ritus matrimoniorum Ecclesiæ Catholi-
ci suscepros, transmittendi, non autem ad collaterales quos vis aucto-
ritate nostra Regia, ius et facultatem eiusmodi concessam habebit,
qualem legum aut bonitate legitimi concessam habent, nullis in con-
trarium iuris sanctionibus obstantibus. Quod quidem omnibus La-
latinis, Castellanis, Capitaneis, Proconsulibus, Consulibus, Advocatis,
Artificiorum et Collegiorum quorumuis Magistris, ac in vniuersum
omnibus cuiuscunq dignitatis, et conditionis hominibus, notum fa-
cimus, et mandamus, vt ab ijs prædictus Stephanus Dambrowski,
pro legitimo, tanquam ex iustis nuptijs procreatus esset, habeatur,
reputetur, iudicetur, neq a quopiam eum pro alio quam legitimo,
et ex iustis nuptijs procreato haberi, iudicari, reputari, aut abo-
lita iam a vobis natalium macula, exclamationem eius sigilla-
ri patiantur. Sub animaduersione et poena in eos qui secus fe-
cerint, arbitrio nostro irroganda. In cuius rei fidem. &c. Datum
Cracouiæ die. XV.a Mensis Maij. Anno Domini. M.o D.C. III.o
Regnorum nostrorum. Poloniæ XVI.o Sueciæ vero anno Primo.
Sigismundus Rex.

Consensus datur Castellano Biecen, ceden. Scultetiæ in villa Chlina.

Sigismundus. &c. Significamus. &c. Fecisse nos potestatem
facere, præsentibus, Generoso Alexandro Koniecpolski,
Castellano Biecen, Wielunen, Zarnowiecen, Brzeznicen. &c.
nostro Capitaneo, vt possit et valeat toto et integro iure Bo
aduitali, quod illi super Aduocatiam seu Scultetiam, in villa
nostra Chlina, ad Capitaneatum Zarnowiecen pertinen, com-
petit, cedere, illudq in personam Nobilis Hieronimi Gaiowski, trans-
fundere, et transferre. Quæ cessio iurisq transfusio, postquam
coram quibuscunq Regni nostri Actis, modo authenticis, facta
et recognita fuerit, nobis rata grataq erit, vti ea quam noster
consensus antecessit. Vigore cuius cessionis atq præsentis con-
sensus nostri, bona Aduocatiæ prædictæ, cum his pratis, agris,
hortis, campis, subditis, eorumq laboribus, censibus, commodis, vti-
litatibus, omnibusq attinentijs et pertinen, ad ea ex antiqua

spectans,

spectantibus, nullis exceptis, pronobisue, aut alis quopiam reseruatis,
ita quemadmodum prænominatus Generosus Castellanus Brecen.
ea bona Suosq; tenebat et possidebat, idem etiam Nobilis Hieron:
mus Jacoroszt, tenebit, habebit, possidebit, ad extrema vitæ suæ tem:
pora. Promittimusq; pro nobis et Sris successoribus nostris, quod
durante vita ipsius, eum ab usu et possessione dictæ Advocatiæ,
omniumq; illius attinentiarum non amouebimus, quin ipse ibidem in
tegendis ius aduitalitium conseruabimus et relinquemus, successo:
nostri conseruabunt et relinquent. Post decessum vero ex hac vita
ipsius non prius dispositio eius Advocatiæ ad nos redibit, quam sum:
ma in literis Originalibus expressa, vel ex Taxa Commissariorum
prouenions, successoribus eius persoluta fuerit. Juribus nostris
Regalibus, Reipublicæ, et Ecclesiæ Catholicæ salvis ibidem per om:
nia manentibus. In cuius rei fidem. vtt. Datum Cracouiæ die
xvii.a Mensis Maij. Anno Domini. M.o D.o iii.o Regnorum
nostrorum Polonicæ. xvi.o Sveciæ vero anno decimo.

Sigismundus Rex.

Administratio Capitaneatus Tu-
cholien. Samuelis Zalinski datæ.

Sigismundus. vtt. Significamus. vtt. Quia nos commendatam ha:
bentes virtutem, fidem, in nos, et Rempublicam studium, Gnos-
tri Samuelis Zalinski, Capitanei nostri Przedboriens, vt hasce pri:
us virtutes nobis esse gratas, testatum faceremus, vacante Capi:
taneatu Tucholien. Administrationem eiusdem Capitaneatus,
illi conferre voluimus, prout conferimus præsentibus literis no:
stris, cum omnibus prædicti Capitaneatus, Oppidis, villis, Mo:
lendinis, tabernis, agris, fundis, proventibus, fructibus, emolumen,
tis, obuentionibus, censibus, attinentijs, et pertinentijs, ita quem:
admodum a priore possessore Genetoso Matthia Zalinski, Ca:
stellano Gedanen, Capitaneo nro Tucholien, patre ipsius, tenebat:
tur et possidebatur, tenendum et possidendum. De prouen:
tibus porro et reditibus, ita a nobis constitutum est, vt toto
administrationis suæ tempore, a tempore inchoatæ eiusdem,
nihil nobis aut successoribus neis, vel Thesaurario nostro, præstare
aut soluere teneatur, quartam tantummodo partem prouen:
tuum iuxta præscriptum legum, et æstimationem a Requisi-

bus et

bus et Lastratoribus, anno Millesimo Sexcentesimo Secundo facta
Rauam quotannis inferre debebit, a reliqua omni solutione nobis
vel Thesauro nostro debita, eum plene et integre absoluimus et
quitamus: Excepta pensione Duorum Florenorum, quam
singulis annis, pro festo Circumcisionis Domini Magnifico Comi.
in Ostrorog Castellano Posnaniens, soluere et pendere debebit.
Tlagos decem et Tremis, quo immunem, a solutione quarumuis cum ca-
pitaneatum tenebit, in sequens deinde tempus memoratum
Capitaneatum et prouentus illius, ei ad spatium Septem annorum
locauimus, locamusq; praesentibus hisce. Eo modo et ea ratio-
ne, vt annis singulis Nouem Millia Quingentos et Duodecim Ho-
renos, monetae polonicalis, et grossos Viginti Septem, denarios
Nouem, duabus pensionibus, prima quidem pro festo Sctī Joan-
nis Baptistae, altera vero pro festo Natiuitatis Dñi, nobis
Thesaurog nostro; praeterea singulis annis, iuxta Reinationem
Reuisionis et Lastrationum nostrorum, quartam prouentuum par-
tem Rauam in defensionem Reipublicae, tum et pensionem Ca-
stellani Posnaniens, quotannis assignatam, numerare et soluere
astrictus sit. Quod si adminiculum et arendae ipsius tempo-
re bellum aliquod, (quod Deus auertat) ingruerit, Capreatum
illum affixerit, vel casu alicuius fortuito, diminutio prouentuum
sit facta, damnumq; aliquod notabile datum illi fuerit, ratione
nos et successores nostros eius rei pro damni eatione habituros
polliceamur. Praeterea si ante exspirationem arendae, pro qui-
bus annis summam nobis debitam reposuisset, soluisset q;
Generosum Samuelem Zalinski mors corripuerit, successores
ipsius, in pacifica possessione et vsu illius arendae et admi-
nistrationis Capitaneatus Sudouiensis una cum seruitiis
nris relinquemus et conseruabimus. Aedificia porro aeris et
praedictum ad praeditum Capitaneatum pertinentia, facta, re-
cta conseruare ipse, et si ita res tulerit, successores ipsius
tenebuntur: Subditos etiam nullis oneribus aggrauare, aut
iniurijs afficere debet. Quae quidem omnia nos una cum suc-
cessoribus nris praestabimus, Generosum Samuelem Zalin-
ski, in possessione, et vsufructu dicti Capitaneatus, et contra
ta illi locatione, ten fruendo tuebimur et retinebimus, suc-
cessores nostri tuebuntur et retinebunt. Juribus nostris
Regalibus, Reipublicae, et Ecclesiae Catholicae Romanae,
salvis

salvis ibidem sempermanentibus. In cuius rei fidem. &c. Datum Cracovie die xxx.a Mensis Maj. Anno Dñi. M°CC°. III.° Regnorum vestrorum Polonie. xvi.° Vecie vero anno decimo.
Sigismundus Rex.

Bona Andree Laczyński, iure caduco Petro Ozga Iudici Leopolien, & Ioanni Strepkowski data.

Sigismundus. &c. Significamus. &c. Quia nos certas sortes villarum Laczniscza et Kuthocz, alia q bona omnia mobilia et immobilia, summasq pecuniarias, apud quasdam personas, et vbicunq locorum existentes post mortem cuiusdam Andree Laczyński, filij olim Nicolai Laczyński, certis ac legitimis de causis, ad fiscum et dispositionem nostram iure caduco devoluta, Generoso Petro Ozga, Iudici Terresti Leopolien, et Nobili Ioanni Strepkowski, eorumq legitimis successoribus, iure perpetuo et irrevocabilis donationis titulo et conferenda esse duximus: prout damus et conferimus presentibus literis nostris: Ita vt eadem bona caduca omnia iure vindicent, et possessionem apprehendant, ac ea teneant, habeant, possideant, et in suos suorumq vsus beneplacitos libere convertant, plenoq iure hereditariis temporibus perpetuis. Quod omnibus quorum interest, presertim veris Magistratui Terresti et Castren, aliisq omnibus notum esse volumus, mandamusq, vt donationem nostram presentem, quam primum à predictis Donatarijs nris ea de re compellati fuerint, ad effectum et in execucionem deducant, eisq in eadem, bonorum prefatorum iuxta caduci possessione, operam suam prestationemq et officiorum suorum president, ac ea bona omnia ipsis tradenda curent, vel si in quorum manibus et potestate illa fuerint, absq mora et recusone grauis ipsis tradant. In gratia nostra Regia non facturi. In cuius rei fidem. &c. Datum Cracouie die. xxi.° Mensis Maj. Anno Dñi. M°. DC°. III°. Regnorum nostrorum. Poloniæ. xvi°. Vecie vero anno decimo.
Sigismundus Rex.

Alberto & Adamo Volos consensus extruen Molendini & Minera ferarix in fluuio Omulwa datus.

Sigismundus &c. Significamus &c. Quod cum prospecis. et Generosus Cristophorus Kiszyjcki, Capitaneus noster Cziechanoviensis, et Plasmiensis singularem in constituendis Molendinis, Laboriosorum Adami et Alberti dictorum Volos fratrum germanorum peritiam et dexteritatem animadverterent, id eum commodo et utilitate proventuum Capitaneatus sui Plasmiensis foret, si Minera ferraria, Molendinumq; ibidem extrueretur, petijt a nobis ut consensum ad id nostrum eisdem Adamo et Alberto dict. Volos fratribus germanis dare, et concedere dignaremur. Nos propterea nos, peritiam illorum in id ipsum, ea tum consonè benignè annuentes, in eam rem consentiendum et permittendum esse duximus: consentimus et permittimus, per presentibus literis nostris, eisdem Adamo et Alberto Volos, suis sumptibus prospicijs, fundum in eo Capitaneatu Plasmiensi circa torrentem Omulwa dict. consistentem, de cespitibus radicitus exstirpare, atq; Molendinum cum Minera ferraria extruere et edificare. Quam quidem quamprimum extruxerint, agrosq; ibidem exstirpaverint, cum omnibus attinentijs et pertinentijs, prout illis à Capitaneo prefato assignabitur, in latum et longum, pacifice et quiete, tenebunt, habebunt et possidebunt; ad extremum vitæ dum per mansuros. Promittimus pro nobis et heredibus successoribus nostris, non esse nos eosdem Adamum et Albertum Volos, aborsu et possessione eiusdem Minera ferrariæ, et Molendini, agrorumq; et pratorum, amoturos aut exempturos, amovendos aut exemendi eum ipsam possessionem daturos: quin imo in pacifico usu et possessione eosdem et nos conservabimus, et heredes successores nostri conservabunt. Post decessum vero eorum prius dict. Minera et Molendini dispositio ad nos successores nostros redibit, quam summa ex taxa committendum nostrorum inde provenientis successibus illorum legitimis in regno percolatura fuerit. Census tamen exinde quingentorum florenorum polonic. et non amplius quotannis pro feudo

Sanctis

Sancti Martini Capitaneo nostro Pasmiensi, post explicationem
Spium annorum libertatis, ratione locationis conuenta inferre de-
bebunt. Iuribus nostris Regalibus, Reipublicæ, et Ecclesiæ Catholicæ
ibidem saluis manentibus. In cuius rei fidem &c. Datum Cra-
couiæ die. XXIIII. Mensis Maij. Anno Domini. M°. DC°. III°.
Regnorum nostrorum. Poloniæ. XVI°. Sueciæ vero anno Primo.
Sigismundus Rex.

Consensus Hieronymo Korycińskj exemen tertiæ mensu-
ræ Molendini dicti Twarogowskj &c. datus.

Sigismundus. &c. Significamus. &c. Consensisse nos et permisis-
se, consentire et permittere præsentibus literis nostris Gene-
roso Christophoro Korycińskj, Aulico nostro, vt possit et valeat
Molendinum seu Tertiam Mensuram illius dicti Twarogowskj in
Capreatu nostro Zarnowiecensi, ad oppidum Zarnowiecz super
fluuium Pilica sitt', de manibus Successorum Honesti olim Ale-
xandri Molendinatoris, vltimi et immediati, eiusdem Mo-
lendini possessoris, filij Alberti alias Leos Adwocati Zar-
nowiecensis, aliorumq omnium ius et interesse aliquod, ad
idem, summamq in eo existentem, se habere prætendens,
quorum nomina et cognomina hic pro expressis habere vo-
lumus, iuxta specificarum summis ibidem inscriptis, vel in
defectu inscriptarum, ex legitima et iuridica taxa Commis-
sariorum prouisionis, redimere, seu aliquouis iuris modo
liberare. Quod quidem Molendinum sic redemptum præ-
nominatus Generosus Christophorus Korycińskj Aulicus no-
ster, cum suis agris, pratis, hortis, campis, nominatim vero pisci-
nis duabus maiori et minori, coetaneisq omnibus et singulis eius
vtilitatibus, fructibus, prouentibus, pertinentijs, et pertinentijs,
vniuersis, antiquitus ad hunc Molendinum spectantq, nullis
prorsus exceptis, pro nobisque aut quopiam alio reseruatis,
tenebit, habebit, possidebit, pacifice et quiete ad vitæ
suæ extrema tempora vtifruetur. Promittens pro nobis
et

et Sereñis successoribus nostris, Poloniæ Regibus, quod quamdiu prænominatus Generosus Christophorus Koczyński, in vivis manserit, non esse nos eundem à possessione et usu prædicti Molendini amotur os, aut alienaturos, amouendig aut alienandi cuipiam facturos potestatem: quin ei salvum et integrum ius adquisitum in eodem Molendino, omnibusq eius attinentijs, conservabimus, Sereñis successores nostri conservabunt. Post decessum vero ex hac vita eiusdem, non prius successores eius, de possessione dicti Molendini cedere, et condescendere tenebuntur, quã summa ibidem inscripta, vel ex Taxa Commissariorum proveniens, integre numerata et persoluta fuerit. Juribus nostris Regalibus, Reipublicæ, Ecclesiæq Catholicæ salvis ibidem tem, per manentibus. In cuius rei fidem. Datum Cracoviæ die xxv.ª Mensis Maij. Anno Domini. M.° DC.° III.° Regnorum nostrorum. Poloniæ xvii.° Sveciæ vero anno Octavo.

Sigismundus Rex.

Consensus Mathiæ Buiwid, cedẽ Moyza Aczpach, dat.

Sigismundus &c. Significamus &c. Consensisse nos et peemittere, consentireq præsentibus Nobilis Mathiæ Buiwid, vt de omni et integro iure suo Adquisitionis, quod sibi super Mojzam Aczpach dictam, in districtu Rezitez consistentem, competit, cedere, illudq in personam Nobilis Martini Bemislawsky Militis, de nobis deq Reipublicæ benemeriti, et Elizabethæ Gorska coniugum transferre et transfundere valeat et possit. Quam quidem cessionem, postea quam coram quibuscunq, modis authenticis Regni nostri Actis legitime peracta fuerit, nos eatam et geatam habentes, ea ipsa bona Mojzam Aczpach dict, in districtu Rezitez sita, cum omnibus attinentijs, pertinentijs, colonis, agris, pratis, sylvis, centibus, reddit ibus pascuis, nec non alijs in genere fructibus, et vtilitatibus vniuersis, nullis penitus exceptis, ad prænominatam Mojzam ex antiquo spectantibus, atq ita late, longè, et circumferenzialiter, prout eadem bona in suis metis et limitibus consistunt, et prout per Nobilem Mathiam

Buiwid

Buiuid hactenus sunt possessa, eidem Nobili Martino Beni, Slawski et Helizabetha Goeska coniugibus, damus et concedimus presentibus literis nostris: Ita quod eidem coniuges ambo in vi. lidum, tam coniunctim quam diuisim, vno extincto, alter su. perstes, bona prenominata, tenebunt et possidebunt, ijsq; vtentur, ad vitæ vtriusq; vel alterius eorum extremam tem, pora. Promittimus q; pro nobis et Serenissimis successoribus nostris quod quamdiu dicti coniuges viuerint, vel alter eorum super. vixerit, eos ab vsu et possessione bonorum specificatorum non amouebimus, sed saluum et integrum ius aduitalitium eisdem, vel alteri superstiti præstabimus. Iuribus nris Regalibus, Rei. publicæ, Sanctæq; Romanæ, ac Vniuersalis Ecclesiæ salvis ibidem manentibus. In cuius rei fidem. &c. Datum Cracouiæ die xxvi.ª Mensis Maij. Anno Dñi. M.º DC.º III.º Regnorum nostrorum. Poloniæ xvi.º Sueciæ vero anno Deimo. Sigismundus Rex.

Consensus Cropphero Pudlowski exemen Taberne in villa Przemykowska wola &c. date.

Sigismundus &c. Significamus &c. Quia nos benignam ea. tionem habentes fidelium seruitiorum Nobilis Christo. pheri Pudlowski Familiaris nostri qua nobis multo tempore præ. stitit, ac etiammum præstare non intermittit, eidem consen. tiendum et permittendum esse duximus, prout consenti. mus et permittimus præsentibus literis nostris, vt possit et valeat Tabernam in villa nostra Przemijkowska wola, in Ca. pitaneatu Nouæ Ciuitatis Cracouiæ sitam, de manibus quo cuiuis possessorum illius, iustis pecuniarum summis ibidem in. scriptis, vel ex Data Commissariorum prouentuum redimere, vel etiam legitima iuris via vindicare et eliberare. Quam quidem redemptam, vel iure vindicatam, cum omnibus eius ædificijs, agris, pratis, hortis campis, pascuis, pisci. nis, traiectu per fluuium Vistulam, cum libertatibus, atq; attinentijs et pertinentijs, commodis, et vtilitatibus

vniuersis,

vniuersis, nullis exceptis nec cuipiam reseruatis, ita quemad-
modum, à modern possessore obtinetur, prefatus Cristoph. Se-
rus Pudlowski pacifice et quiete tenebit, habebit, et possidebit,
plenissime adultali, ad extremum vitæ suæ terminum. Re-
mittimus q nostro et Serr.mi successorum nostrorum nomine, quod
eidem Pudlowski superdicti, vsum et possessionem dictæ
Taberæ, omniumq illius attinentiarum, nullo vnquam tempo-
re adimemus, nec adimendi, cuipiam potestatem faciemus,
quin salvum et integrum ius adultale illi, in dictis bonis
præstabimus, et Serr.mi successores nostri præstabunt. Post
obitum vero eius, non prius successores illius dictæ Taber,
næ possessione cedere tenebuntur, quam summa ibidem
inscripta, vel ex Taxa Commissariorum prouenies illis
integrè persoluta et numerata fuerit. Iuribus nostris
Regalibus, Reipublicæ, et Eccleſiæ Catholicæ, saluis ibid
manentibus. In cuius rei fidem. &c. Datum Varsoviæ
die. xxix.a Mensis Maij. Anno Domini. M.° DC.° III.°
Regnorum nostrorum Poloniæ. xvi.° Sueciæ vero anno x.°
Sigismundus Rex.

Conseruatio Valentini Kosmi-
der in Sculteia in villa Gumowa.

Sigismundus. &c. Significamus. &c. Quia nos ad supplicatio-
nem nomine Honesti Valentini, filij Honesti Joannis Ko-
smider, in villa Gumowa, ad Capitaneat. Bobrownicen. perti-
nen. Sculteti, apud nos factam, faciendum nobis esse duximus,
vt eum in vsu et pacifica possessione Sculteiæ ibidem in eadem
villa sitæ, conseruaremus et relinqueremus, quemadmodum
conseruamus et relinquimus præsentibus literis nostris: ita vt
eam Sculteiam, cum omnibus et singulis vtilitatibus, fructi-
bus, agris, pratis, pascuis, emolumentis, attinentijs et pertinen-
vniuersis, ad eadem bona antiquitus spectantibus, teneat, ha-
beat, possideat, ad extremæ vitæ suæ tempora. Promittimus
pro nobis et Serenissimis successoribus nostris, non esse nos

Sig

nec Secenissimos successores nostros, prafatam Soultetiam, quid priamue
eò pertinens, à supranominato Valentino amotos, aut quouis modo
alienatos, amouendive aut alienandi potestatem cuipiam facturos,
quin eum in vsu et pacifica possessione eius Soultetiæ, et nos Donec vixe-
rit conseruabimus, et Secenissimi successores nostri conseruabunt.
Post decessum verò ipsius, non prius ad nos et dispositionem nostram
prafata Soultetia redibit, quam summa ibidem inscripta, vel ex
Taxa Commissariorum nostrorum prouenies, successoribus ipsius
persoluta fuerit. Iuribus nostris Regalibus et Reipublicæ ibidem
manentibus saluis. In cuius rei fidem. &c. Datum Cracouiæ die
Vltima Mensis Maij. Anno Domini M DC. III. Regnorum nostrorum
Polonia. Decimo sexto. Sueciæ verò anno Primo.

Sigismundus Rex.

Christophero Loknicżki consensus exemeñ Scultetiam, in villa Odrowąsz datus.

Sigismundus. &c. Significamus &c. Habentes explorata et
perspecta Nobis Christophori Lokmitzki fidelitatis nostri as-
sidua et indefessa seruitia &tg studia, quæ &c. ad ipsorum foelicis
inaugurationis nostræ tempora summa cum diligentia ac fide præ-
stare haud intermisit, æquum illius rationem habendam esse statui-
mus. Ideoque ipsi consentiendum et permittendum esse duximus pro-
ut consentimus et permittimus præsentibus, vt possit et valeat,
Scultetiam in villa nostra Odrowąsz dicta Stawiamierz, in Terri-
torio Neoforensi consistenz, de manibus modernorum eius Scultetiæ pos-
sessorum, iure et interesse ad eam se habere prætendenz, iustis pe-
cuniarum Summis ibidem inscriptis, vel ex Taxa Commissariorum
prouenienz redimere, vel legitima iuris via vindicare et eliberare.
Quam sic redemptam et eliberatam, cum omnibus eius ædificijs,
agris, pratis, hortis, pascuis, piscinis, Stagnis, Molendinis, et emolumē-
tis, atq commodis, et vtilitatibus vniuersis, ad eam Scultetiam legi-
time pertinen, quorum nomine censeri possint, nullis exceptis,
aut cuiq reseruatis, sed omnibus in genere et singulis in specie
comprehensis, ita prout ab antecessore illius tenebatur, et poth:
debatur, idem quoq prafatus Christophorus Lokmicki, plenissime
adeptus

aduitali, pacifice, et quiete, tenebit, habebit, et possidebit, ad extremum vitæ suæ terminum. Tribuemq; etiam illi progeatia clementiaq; nr̃a, idq; facultatem rubeta et dumos ex opposito agrorum illius Scultetiatium sit, pro agris et pratis, vsq; ad limites præfatæ villæ, de cetera radice extirpandi, et ad culturam redigendi. De qua quidem Scultetia, nulla alia, præter ea, quæ legibus Regni præscripta sunt onera ferre debebit, ab alijs verò immunem et exemptum facimus. Promittimusq; nr̃o et Successorum nr̃orũ nomine, quòd eidem Christophoro Lobmizki superstiti, vsum et possessionem dictæ Scultetiæ, omniumq; illius attinentiarum, nullo unquam tempore adimemus, nec adimendi cuiquam potestatem faciemus, quin salvum et integrum ius aduitalis illi in dictis bonis præstabimus, et Successores nr̃i præstabunt. Post obitum verò eius, non prius successores illius dictæ Aduocatiæ possessione cedere debebunt, quam summa ibidem inscripta, vel ex Taxa Commissariorum proueniens, illis integrè persoluta et numerata fuerit. Iuribus nr̃is Regalibus Reipublicæ, et Ecclesiæ Catholicæ saluis ibidem manentibus. In cuius rei fidem &c. Datum Cracouiæ die Vltima Mensis Maij. Anno domini. M°. DC°. III°. Regnorum nr̃orum. Poloniæ. XVI°. Sueciæ verò anno Primo.

Sigismundus Rex.

Consensus exemen Scultetiæ in Oppido Lossice, Iacobo Kopciewski datur.

Sigismundus. &c. Significamus. &c. Quia nos consentiendum et permittendum esse duximus; consentimusq; hisce literis nr̃is Nobili Iacobo Kopcziewski, Pedestri Dolmagistro nr̃o dilecto, vocatiam in oppido Lossicze, et districtu Pzelmien, consistẽtẽ, de manibus olim Nobilis Zembecki eius Aduocatiæ vltimi possessoris, successorum, et aliorum quorumuis ius et interesse habentium, quod ad eandem, seu summas in ea existentes, se habere prætendẽtes, iustis pecuniarũ summis in eadem inscriptis, vel in defectu inscriptarũ, exiusta et legitima Commissarioꝝ Taxa prouenien, redimere, seu alias quouis legitimo iuris modo eliberare valeat et possit. Quam quidem Aduocatiam sic redemptam Nobilis Iacobus Kopciewski, cum

cum omnibus et singulis eius utilitatibus, fructibus, prouentibus, attinentijs et pertinentijs suis, antiquitus ad eandem spectantibus, nullis penitus exceptis, pro nobis nec aut quoquam alio reseruatis, tenebit, habebit, possidebit, eadem q̃ vtetur et fruetur, ad vitã suã extremã tempora. Promittimus q̃ pro nobis et Serenissimis successoribus nostris, quod quamdiu prãnominatus Jacobus Kopczieuski in viuis extiterit, non esse nos eundem à possessione et vsu eius Aduocatiæ, licèt id nostra et Reipublicæ necessitas à nobis efflagitare et, amouturos aut alienaturos, amouendine aut alienandi cuipiam potestatem facturos: quin ei in eadem Aduocatia salutum et integrum ius Aduitalitium præstabimus, et Serenissimi Successores nostri idipsum facturi sint. Post vero ex hac vita ipsius decessum, non prius successores eius de possessione dictæ Aduocatiæ condescendere tenebuntur, quam Summa in literis Originalibus expressa, vel ex Taxa Commissarios procedens, integre illis numerata fuerit. In cuius rei fidem. &c. Datum Cracouiæ Secunda Dominica Anno Dñi. M°. D°. III°. Regnorum nostrorum Poloniæ XXVI°. Sueciæ X°.

Sigismundus Rex.

Consensus Danielis Plemieck cedẽs de villa Gawlowice Iohanni Plemiecki datur.

Sigismundus. &c. Significamus. &c. Ea esse Generosi Danielis Plemieczki Iudicis Terrestris Culmen. erga Rempublicam indefessa studia, constantem fidem, et eiusmodi ipsius tam Serenissimo Sigismundo Augusto Regi Auunculo nostro, quam nobis ipsis præstita seruitia hactenus fuisse, vt etiam remuneratione aliqua digna esse censeamus. Volentes itaq̃ gratiam nostram illi declarare qua ad seruitia nostra magis moueatur. Ideo prædicto Generoso Danieli Plemieczki, consentiendum et permittendum duximus, consentimusq̃ et permittimus præsentibus literis nostris, vt possit et valeat dictus suus aduitalitius, et summis quibus suis in eadem villa inside

et legitime

et legitimè inscriptis, quod illi super villam nostram Tarlowicze in di-
strictu Radzynen, in Terra Culmen consisten, competit, Generoso Jo-
anni Plemiczki filio suo cedere et condescendere illudq in personam
ipsius plenarie transfundere et transferre. Quod quidem cessio co-
ram Actis quibuscunq authentici, postea quam peracta et recognita
fuerit, nos atq Successores nostri illam ratam habituri
sumus. Eidemq certis exinde ipse Generosus Joannes Plemiczki,
villa predicta Tarlowicze potietur, eamq cum illius omnibus fun-
dis, colonis, censibus, fructibus, proventibus, commodis, et pertinentijs qui-
buscunq censeantur nominibus, nullis penitus exceptis aut exclusis,
tenebit, et possidebit ijsq utifruetur, integre, quiete, et pacifice
ad extrema vite sue tempora. Promittimusq pro nobis et Se-
cessoribus nris Regibus Polonie verbo nostro Regio, non esse nos,
nec successores nros, commemoratum Joannem Plemiczki a possessi-
one et usu dicte ville suarumq pertinentiarum, ab illo, etiam si id
aliqua nostra vel Reipublice necessitas postulaverit, redemptu-
ros, sed regio illi hominum redimendi potestatem esse facturos:
quinimo salvum et integrum ius adultalitium, in prefata villa
ipsi donec vixerit conservaturos. Ratione cuius quidem ad-
talitatis in predicta villa ipsi a nobis concessa, nobis et Rei-
pub. quartam partem summe in eadem villa inscripte dimittere
tenebitur. Post mortem vero predicti Generosi Joannis Ple-
miczki, cum successoribus eius summa pecuniaria legitime in
eadem villa inscripta, persoluta fuerit, tum demum eadem villa
Tarlowicze ad nos pleno iure redibit et deducetur. In cuius
rei Regalibus, Ecclesiarumq Catholicarum, ubilibet salvis permanen-
tibus. In cuius rei fidem &c. Datum Cracovie die Feria Quinta Anno
Dni. M°. CC°. IIII°. Regnorum nostrorum Polonie XVI°. Hungarie X°.

Sigismundus Rex.

Bona Ferentij Dobokai Vngari iure Caduco Gaspari Michalowski dantur.

Sigismundus. &c. Significamus. &c. Quia omnia bona mobilia et immobilia

immobilia summasq pecuniarias tam in deposito, quam apud quasvis pers-
nas oretenus, vel birographis inscriptionibus concessas, existen, post
mortem cuiusdam Hungari dicti Ieczens Dobokaj ad nos dispositioneq
nostram certis ex causis iure caduco devolut, Generoso Gaspari Mir-
chalowski Secretario nostro, danda et donanda esse censuimus, damusq
et donamus presentibus literis nostris, per eum bona eadem omnia le-
gitima iuris via repetenda. Quod omnibus et singulis quorum in-
terest, nominatim vero Magistratibus quibuscunq in Regno et Domi-
nijs nostris ad notitiam deducen, mandamus, vt prefatum Genero-
sum Gasparum Mirchalowski, bona eiusdem Hungari omnia fisco et
dispositioni nostre obnoxia, non modo libere assequi et percipere
permittant, verum etiam in ijs assequendis de occupatoribus indi-
latam iustitiam administrent, idq quod iuris atq Rei ipsius ratio
postulauerit sedulo faciant. In cuius rei fidem &c.
Datum Cracouie die Quinta Mensis Junij. Anno Domini. MDCII.
Regnorum nostrorum Polonie. xvii. Sueciq decimo.
Sigismundus Rex.

Consensus exemen. Aduocatie in villa Rzenica, Ioanni Obrz palski datus.

Sigismundus. &c. Significamus. &c. Permittimus nos permittereq
presentibus literis nostris, Nobili Ioanni Obrzampalski, vt pos-
sit et valeat Aduocatiam seu Scultetiam in villa nostra Rzem-
oza, ad tenutam Ksedez spectan, consistentem, de manibus no-
dernorum eius possessorum, vel aliorum quorumuis ius et interes-
se aliquod ad eandem Scultetiam, seu summas in ea inscriptas,
se habere prætenden, quorum nomina et cognomina hic pro expres-
sis habere volumus, iustis pecuniarum Summis in eadem Scultetia
inscriptis, vel in defectu inscriptarum, ex legitima Taxa Commis-
sariorum prouenien, redimere, vel alio quouis iuris competenti
modo eliberare ac vindicare. Quam redemptam cum omnibus in
universum eius commodis et pertinen, nullis penitus exceptis, sed
omnibus in genere et singulis in specie comprehensis, ad extrema

vitæ

vitā suā tempora tenebit, habebit, possidebit, eaq; vtifuetur. Per-
mittimusq; pro nobis et Serenissimis Successoribus Nostris, quod quamdiu
predictus Oberambalski in viuis fuerit, non esse nos eum absque et
possessione aduitalis dictæ Aduocatiæ seu Soltetiæ amouros
aut alienaturos, eripiamue ei ipsum faciendi potestatem da-
turos: quin illi sartum tectumq; ius aduitalis præstabimus, Succes-
soresq nostri præstabunt. Post ipsius vero decessum, non prius ea
Aduocatia ad nos successoresq nostros redibit, donec ea summa
pecuniaria, quam in redemptionem illius expegerit, succes-
sibus ipsius plene et integre restituta et persoluta fuerit. Iuribus
nostris Regalibus, Reipublicæ, et Ecclesiæ Catholicæ, saluis vbique
semper manentibus. In cuius rei fidem. &c. Datum Cracouiæ
die. v. Mensis Junij. Anno Domini. M°. D.C°. III°. Regnorum
nostrorum. Polonię. XCVI°. Sueciæ vero anno Decimo.

Sigismundus Rex.

Consensus cedeñ de Tenuta Tlumacen Nicolao Herbort Zophiæ olim Palatini Ruisiæ relictæ datus.

Sigismundus. &c. Significamus. &c. Quod cum in animum indu-
xisset Magnifica Zophia de Hodorow Stary Zoranowska con-
sors olim Magnifici Nicolai Herboets de Julsztyn Palatini Rus.
sid, Capitanei Tlumacen, toto integro iure suo Aduitalitiali, sibi
ad Tenutam Tlumacen, Aduocatiam, et Stolonem ibidem exi-
stentem, summamq in eis inscriptam, decedente, Generoso Nicolao
Herboets filio suo cedere, illudq in personam illius transfundere
et transferre. Nos præclara familia Herboetorum de Repnd.
et Serenissimis antecessoribus nostris optima merita, et eiusdem
Generosi Nicolai excellentis virtutis, et de nobis benemerendi stu-
dium benignam rationem habentes, eumq ad nostra et
Reipublicæ obsequia additissimum et promptissimum reddere volen-
tes, facile in eam cessionem ipsi consentiendum et permittendum esse
duximus: vti quidem consentimus et permittimus præsentibus lite-
teris nostris. Quæ quidem cessio iurisq translatio, quam primum legiti-
me

me coram Actis quibuscunq; authenticis Regni facta et recognita fu-
erit, nos eam ratam et gratam, vti quâ de consensu nostro peragetur
habituri sumus. Vigore cuius cessionis ato consensus nostri, prædict'
Tenutam Humaczen cum oppido, Aduocatiâ, Kolonos ibidem existen-
ac cum omnibus attinentijs pertinen, ad eam ex antiquo spectan,
nullis penitus exceptis, pro nobisque reseruatis. Ita quemadmodum
eadem suprascripta Magnifica Zofia de Hodorow Stan Zora
winska conors Magnifici olim Nicolai Herborts tenebat et possi-
debat, idem Generosus Nicolaus Herborts, filius prædictæ Zofiæ
Herborts Zora, tenebit, habebit, et possidebit, ad extrema vitæ suæ
tempora. Promittimusq; pro nobis et Seremissimis successoribus nris,
quod quamdiu prædictus Generosus Nicolaus Herborts de Julsetyn
superstes fuerit, eum nos ab vsu et pacifica possessione eiusdem
Tenutæ, et omnium ad eam pertinen non amouebimus aut alie-
nabimus, neq; Seremissimi successores nostri amouebunt: quinimo
salutem et protegendum ius aduitalitiale eidem et nos donec vixe-
rit conseruabimus, et Seremissimi successores nostri conseruabunt.
Ratione cuius quidem Aduitalitatis Quartam partem summæ
in prædicta Tenuta inscriptæ, iuxta leges Regni nobis et Rei-
publicæ donat: reliqua vero pars summæ post obitum Generosi
Nicolai Herborts ad successores eius deuolui debet. Iuribus nos-
tris Regalibus, Reipublicæ, et Ecclesiæ Catholicæ ibidem salvis per
omnia manentibus. In quorum omnium fidem præsentes manu
nostra subscripsimus, sigillog Regni communiri mandauimus.
Datum Cracouiæ die. VI.ª Mensis Junij. Anno domini. M.D.C.III.
Regnorum nostrorum. Poloniæ. XVI.º Sueciæ vero Decimo.
Sigismundus Rex.

Consensus cedeñ de sumis Aduocatiarū in villis Lipnica, Dzikowiec, Wolia Ronisewska, Kamion, Ryszniczą, in Capneatu Sandomir. Patribus Societat. Iesu Paltno Posnanien. & coniugi eius dat.

Sigismundus &c. Significamus &c. Quod cum Magnificus Hieronimus Gostomski de Lezenice, Palatinus Posnaniensis Capitaneus, pro pietate sua cultuique diuini promouendi studijs inductus, et in animum, vna cum Magnifica Alexandra, Magnifici Andreae Sapiha Palatini Polocensis filia, comitge sua summam centum Decem Millium Florenos polonicalium per triginta grossos Polonicos in quemlibet Florenum computandos, pro Collegio Societatis Jesu à se fundato, Patribus eiusdem Societatis dotari et inscribere, et tam in summis pecuniarijs in Aduocatijs seu Scultetijs villarum nostrarum, Lesnica, Dzikowiecz, Wolica Komiszewska, Kamien, Lgij Szniza, ad Capitaneatum Lendomiensem pertinentium, iure aduitalitio sibi succedentibus, assecurare, nec non easdem praedictas Aduocatias, eidem Patribus, ad promouendam magis illius Collegij fundationem, vsq ad extrema vitae suae tempora Arendare. Ac proinde à nobis studiose petijsset, vt ad eam summam praedictam Patribus Societatis Jesu inscribendam in summis supranominatas Aduocatias assecurationem, nec non earundem Aduocatiarum Aduitalem Arendationem, tam sibi quam comitgi suae consensum nostrum praebere dignaremur: tribuendum id praedicti Magnifici Palatini Posnaniensis postulationi, atq Patrum Societatis Jesu, in instituenda iuuentute, et deprauatis huius saeculi hominum moribus, ad normam Euangelicae integritatis reducendis, continuis et indefessis laboribus, duximus: vt eidem Magnifico Palatino Posnaniensi atq comitgi suae, ad summam praedictam Decem Millium Florenorum, in summis supranominatas Aduocatiarum assecurationem, ita tamen vt summam Originalem inscriptam in Aduocatijs non excedant, nec non ipsarum Aduocatiarum Aduitalem Arendationem, Patribus Societatis Jesu, fulciendam, consensum nostrum damus et conferimus: prout damus et conferimus praesentibus literis nostris. Quae quidem summae assecuratis, et Aduocatiarum Arendatis Aduitalis, postea quam coram quibusuis Actis Regni grossi authentici facta fuerint, eas nos ratas et gratas habituri sumus, non secus ac si coram nobis peractae essent. Ratione cuius Arendae Aduitalis Praefati Societatis Jesu Collegij Lendomiensis eas dem

Aduocatias

Aduocatias seu Scultetias in villis nostris Capitaneis Lendomiensi, Li:
pnicza, Dzikowiecz, Wola Romiszewska, Kamien et Pizzmicza, cum
omnibus et singulis attinentijs, subditis hortulanis, molendinis Taber,
nis, agris, pratis, pascuis, fluuis, mellificijs, piscinis, lacubus, stagnis
fluuijs, eorumq piscationibus, naiectibus, commodis, prouentibus, vti-
litatibus, censibus, ad prædictas Aduocatias, seu Scultetias exan:
tiquo, et nunc spectantibus, nullis penitus exceptis, aut reseruatis,
sed prout ab ijsdem Magnificis prædicto Palatino Posnamien, atq
præfata coniuge sua, tenebantur ac possidebantur, tenebunt ac pos:
sidebunt, ijsq integre et plenarie vtentur, fruentur, ad vitam
tam prædicti Magnifici Hieronimi Gostomski de Lezemice, Pa:
latini Posnamien, Capitanei Lendomicien, quam prædictæ Ma:
gnificæ Alexandræ, Magnifici Andreæ Sapiha Palatini Polocz
filiæ, coniugis ipsius. Promittimus autem pro nobis et Successoribus
successoribus nostris, quamdiu prædictus Magnificus Hieronimus
Gostomski de Lezemice Palatinus Posnamien, Capitaneus Lendomi:
cien, eiusq præfata Coniunx vixerit, non esse nos et Successores
successores nostros, eosdem Pres Societat Jesu à possessione, et vsu
prædictarum Aduocatiarum, eximpturos, aut alienaturos, neq
eximendi aut alienandi cuipiam potestatem facturos. Decedenti-
bus veris eisdem Magnificis Hieronimo Gostomski de Lezemice, et
Alexandra coniugibus, non prius dictarum Aduocatiarum seu
Scultetiarum possessis, ad nos vel successores nostros redibit, quâ
summâ in ijsdem Aduocatijs inscriptâ, vel ex legitima Taxatio:
ne prouenientes in solutionem prædictorum duodecem Millium
Florenorum, in ijs assecuratorum, Patribus Societatis Jesu Collegij
Lendomicien, exolutâ fuerint. Ita tamen ne ea summa bona mâ
prædicta, vezt, Aduocatias, vltra valorem summæ in ijs inscripta:
rum, vel ex Taxatione prouentium afficiat. Iuribus nostris
Regalibus, Reipublicæ, et Ecclesiæ Catholicæ in ijs Aduocatijs sal:
uis manentibus. In cuius rei fidem. &c. Datum Cracouiæ die
VII.a Mensis Junij. Anno Domini. M.o DC.o III.o Regnorum nos:
trorum Poloniæ. XVI.o Sueciæ vero anno Decimo.

Sigismundus Rex.

Consensus Prꝛpto Warszawi
ẽn cedeñ de pensione auem:
ria Andreæ et Marentiæ Pepow
skim coniugibus dat.

M. D. C. II. Pontificatus nri Anno
Vndecimo

Litteræ eiusdem ad Sac. R. Mtem Clemens P.P. VIII.

Carissime in Christo fili noster. salutem et Apostolicam benedictionem
Pastoralis sollicitudo nra qua ex hac Apostolica specula mi qua
immeriti præsidemus in omnes Ecclesiæ Catholicæ partes protenditur
ad Regnum amplissimum, cui Maiestas tua feliciter præest
tanto libentius conuertitur quanto maiori nos amoris et paterna ca:

caxitatis affectu et Altém tuam et Regnum ipsum complectimur
in visceribus intimis Jesu Christi. Literas igitur Maiestatis tuæ
superioribus diebus ad nos coprosé scriptas, quibus tria capita conti-
nentur, quæ ad publicam Regni tui Procerumq; tuorum quietem
non mediocriter pertinere asseris, benigne vidimus, et in maximis nris
occupationibus attentè etiam consideravimus, et ad ea quæ petuntur con-
cedenda, quantum nobis cum domino licet et Sacrorum canonum debi-
ta observancia permittit, quam tua quoq; Altás iuxte optimo antiqui-
simam habet, propensam certé asserimus voluntatem. Quod ergo attì-
net ad primum illud caput quod est de unione Abbatiæ seu Archi-
mandriæ Prediavensis, quia alias ad tuí ipsius supplicationem nrà Ap-
postolica autoritate perpetuo unita atq; attributa fuit. Uniuersali ut
appellant, Metropolitæ Kioviensi, vidimus quæ Altás tua scribit, magna
scilicet contentione, in comitijs actum esse á Nuncijs Rutenis per multis
alijs suffragantibus ut ea unio dissolvatur, propterea quod ut narras
demonstratum sit, ius patronatus illius, non ad Reges sed ad certas Ru-
thenici ritus familias pertinere, á quibus ius illud nequaquam auferri
posse, asseris, sine graui Reipub. perturbatione, ac propterea valde
á nobis postulasti, ut tota res in pristinum restituatur. Nos igitur ut
tuæ et Regni tui tranquillitati consulamus, iterum Altís tuæ supplì-
cationibus inclinati Unionem Archimandriæ, revocandæ et dissoluendæ
assentimur, ita tamen ut decens aliqua retributio et recompensatio ei-
dem Metropolitæ Kiovien á Altte tuæ ordinetur, ut quæ propen-
se facturum plane confidimus. Dabimus autem Nobili fratri Episcopo
Regiensi nostro apud te Apostolico Nuncio facultatem omnem quæ ad
rem exequendam necessaria est, ejusd. rei causa literas Apostolicas
in forma Brevis expedirí mandavimus. Illud autem á Altte tua sum-
opere petimus, et summo studio requirimus ut virum aliquem, egre-
gié catholicum, ad eandem Archimandriam nominari atq; eligi omnino
cures, atq; in eo et pietati tuæ et iusto desiderio nro, cumulatè ut speramq
satisfacias, ut habeat etiam ratione et iura quæ metropolita ni Abbates ha-

bet

bet conseruentur. Ipsum autem frem nrum Hyspacium Archiepiscopum Metropolitam Kioulen optime vt scis de ecclesia Dei et sancta vnione meritum, sepe Maiestati tue commendauimus et nunc etiam diligenter commendamus, primum ut in ea controuersia quam habet, cum illa: dita vt vocant Leopolien. illi ex iustitie prescripto tam efficaciter suffragens, vt Metropolita iuris suum obtineat, deinde vt eum tandem senatoria dignitate ornes atq augeas, qua certe loco et persone debetur et in eo Dei glorie seruitur, vt ceteri ad vnitatem allitiantur, et equissimum est, vt qui vnum nobiscum in Christo, paribus cum ceteris fratribus nris Episcopis honoribus et prerogatiuis perfruantur quare deo acceptam rem vt nobis gratissimam feceris et prestantem antistitem tibi addictissimum nobis adeo carum in senatorum numerum adsciueris. Alterum Maiestatis tue graue caput, illud erat de querimonijs nobilitatis quod per appellationes personarum ecclesiasticarum ad hanc Romanam curiam pertrahantur, ac propterea nobiles vehementer contendisse, vt in Regno isto Tribunal aliquod erigatur in quo super: premas causarum instancias aduersus ecclesiasticos persequi et definire liceat. Nobis vero ex nostra erga te et Regnum caritate cuncta considerantibus, multisq at vrgentissimis de causis, et studet et reliqua christiani orbis Regna, et huius sancte Sedis statum ipsum concernentibus etamplectentibus, neguaquam expedire visum est, vt eiusmodi noui Tribunalis institutio fiat, sed vt quantum cum Domino possumus nobilitati gratificemur et querellas amputemus, mandabimus dilecto filio camere nostre Apostolice Auditori generali, cuius ea ordinaria cognitio est, vt temperate in hac materia procedat cum debita circumspectione et discrimen adhibeat, rationem deinde habeat qualitatis causarum et personarum, quam rationem etiam haberi a signatura nra Supplicum libellorum in causis committendis, eodem modo precipiemus. Sextum. Sextum reliquum est caput, vt quoniam omnes Regni tui Episcopi Senatores sint et in Regijs Judicijs ius sententia dicenda obtinent id eis in causis etiam capitalibus, ex nro Apostolico indulto facere

liceat, ita vt propterea in irregularitatem non incurrant. et quia
vt sor concedamus, atq3 ut perpetuum sit Maiestas tua a nobis vese=
menter petit, et quod ita publice rationes postulent confirmat, pla=
cuit petitioni tue assentiri, atq3 hoc frib9 nris Regm Polonie spis
indulgere, modo capitalibus sentencijs ne subscribant, nisi prius
ex officio id facere necessarijs adstringantur, quemadmodum lris
nris in forma item Brevis ad perpetuam memoriam expediendis pla=
nius explicabitur. Sit autem existimamus, amorem nrum et perpetuam
voluntatem erga Altem tuam iamprudem tibi perspectam, ri9 sis quog
litexis non parum elucescere. quibus de rebus idem Vnabilis frater
et Nuncius nr Apostolicus vberius tecum aget. Tu fili charissime
Zelum Dei et catholice religioms et mirignem pietatem ac deuotionem
erga hanc amantissimam matrem tuam sanctam Romanam Ecclesiam
sic conserua, vt Deus ipse qui in nra humilitate honoratur. coronam
tuam et te ipsum, et quaecunq3 ad te pertinent sua celesti gratia tueatur
et te omni vera felicitate cumulet, quo ab eius clemencia assidue
precamur, et Altti tue Aplica nra benedictione summo animi affe=
ctu benedicimus. Datum Rome apud Scos Apostolos, sub annulo
Piscatoris die xix Julij M. D. C. III Pontificatus nostri
anno duodecimo

Litera eiusdem ad eandem
Clemens P.P. VIII.

Carissime in Xro fili noster. Salutem et Apostolicam bene=
dictionem. Securitati conscientie Vnabilium fratrum Archie=
piscoporum et Episcoporum ac aliorum Prelatorum Ecclesiasticorum
Regnorum et Dominiorum tuorum, qui pro eorum Senatorio munere
in Senatu comitijs, consilijs et Judicijs eorundem Regnorum inter=
esse, ac sententiam dicere solent, ac debent, opportune consulere cu=

prientes

pientes Maiestatis tuæ supplicationibus in hac parte nobis humiliter porrectis inclinati omnibus et singulis Archiepiscopis Episcopis et alijs Prælatis prædictis, vt in eisdem Senatu, Comitijs, Consilijs, et Iudicijs, quandocunque de rebus, et negocijs Bellicis et sententijs ac causis criminalibus tractabitur, eorum sententiam dicere liberè, et licitè sine aliquo conscientiæ scrupulo aut censurarum Ecclesiasticarum, et irregularitatis incursu, etiamsi exinde aliquorum mors aut membrorum mutilatio subsequatur, dummodo ipsimet sanguinis sententiam non ferant, et a subscriptione sententiarum abstineant; nisi forsan ex officio huiusmodi etiam sententias subscribere teneantur, quo casu, vt illas etiam subscribere possint, auctoritate Aplica tenore præsentium gratiosè concedimus, et indulgemus. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus Aplicis, cæterisq contrarijs quibuscunq. Datum Romæ apud sanctum Marcum sub annulo Piscatoris die 1x Augusti M. D. C. III. Pontificatus nri anno duodecimo

Litera eiusdem ad eandem
Clemens P.P. VIII.

Charissime in Christo fili noster. Salutem et Apostolicam benedictionem. Quod superioribus diebus tum pro paterna nra charitate, qua Sltis tuæ petitiones et pia vota complectimur tuis ad nos scriptis respondere mus, abunde sollicitati fuimus. Nos ad tuendam Regni tui, procerumq tuorum tranquillitatem curam nobis summopere commendatam propediem confessuros, vt abbatia seu Archiepiscopatus Pictauensis, quæ antea populatu tuo Metropolitanæ Ecclesiæ Xiouien à nobis auctoritate Apostolica unita et annexa fuerat ab eadem primo quoq tempore separaretur

ac pristino suo statui restituerentur, vt Altis tuæ desiderio pla-
ne satisfaciamus, id re ipsa libentissime præstitimus. Facultatem
igitur ad eam admonem absoluendam necessariam Vnabili fratri
Episcopo Regien nro et Sedis Apostolicæ apud te Nuncio, nuper
in partibus Germaniæ eig nunc præcipimus et mandamus vt Ltas nras
Apostolicas super ea re expeditas et ad ipsum nuncium missas, iuxta
formam in illis traditam quamprimum exequatur, Lis vero literis
alteras adiunximus, quibus Episcopis Regni tui indultum modo
præscripsimus in negocijs bellicis et causis criminalibus in Senatu
et Regijs comitijs ac consilijs, sententiam dicendi, quod vt illis
absq irregularitatis incursu facere liceret Altas etiam tua a nobis
postulauerat, quas Ltas idem Nuncius nr Altæ tuæ reddet, ijsq de
rebus latius tecum aget, ac in primis nro nomine ea in memoriam
Altis tuæ, reuocabit, quæ in dissolutione dictæ Arcsimandriæ pro iu-
stitia, et pro catholicæ fidei propagatione a Altæ tua curari et o-
mnino fieri debere prioribus Lris nris significauimus, quæq ad
tuam pietatem maxime pertinere iudicamus, cui Nuncio eam fidem
quam nobis ipsis habere posses, spectam exhibeat. Hæc et tibi gra-
tissima futura, et optatam proceribus atq Episcopis Regni tui quie-
tem et conscientiæ securitatem allatura. Interea Deum bonorum o-
mnium auctorem assidue precabimur, vt Altem tuam diu salua
et incolumem Regno præesse velit ac cælesti suæ gratiæ dono semper
proseguatur. Datum Romæ apud sanctum Marcum sub annulo
Piscatoris die 1x Augusti. M. d. C. III Pontificatus nri anno
duodecimo

Litera eiusdem ad Epum Re-
gien, apud S. R. M. Nunciu[m]
Clemens P. P. VIII.

Venabilis frater. Salutem et Apostolicam benedictionem: Significauit nobis nuper charissimus in christo filius noster Sigismundus Polonie et Swecie Rex Illustris in proximis Regni sui confinijs Rutenos Nuncios summa contentione flagitasse. ut Archimandrie, seu Abbatie Kiouien vnio, quam: lias Apostolica inita autoritate ipso Sigismundo Rege petente mense Auguste: scopali Kiouien facta fuit, dissolueretur: ac veris Patronis ius suum ad eandem Archimendriam seu Abbatiam restitueretur. Ab ipsis q Rutbe: nis Nuncijs demonstratum fuisse Ius patronatus eiusdem Archimandrie seu Abbatie non ad ipsum Sigismundum Regem sed ad certas illius ritus familias omnino pertinere, et ideo ipsum Sigismundum Regem pro sui Re: gni tranquillitate maxime cupere, vt vnio prefata omnino dissolueatur. Nos igitur eiusdem Sigismundi Regis petitionibus in premissis annuere volen; ac literarum inarum super dicte vnione expeditarum, alias quoque desuper confectarum scripturarum tenores presentibus pro expressis habentes. Suppli: cationibus eiusdem Sigismundi Regis super hoc nobis humiliter porrectis inclinati, fraternitati tue per presentes committimus et mandamus vt vnione dicte Archimendrie seu Abbatie Kiouien predicta mense Auguste: scopali Kiouien seu ecclesie Metropolitane Kiouien autoritate Apost: lica facta, data tamen eidem mense seu ecclesie Kiouien alias congrua compensatione arbitrio tuo ab eodem Sigismundo Rege assignanda, eadem autoritate Apostolica dissolutas, ac omnia in pristinum, et eum in quo ante vnionem prefam erant, statum restitutas, reponas et plenarie reintegres. super quibus tibi plenam et liberam facultatem concedimus, et impartimur. Ipsum autem Sigismundum Regem in Domino hortamur, vt pro sua pietate, ac: tholice religionis zelo, curet, vt ad Archimandriam seu Abbatiam ipsa: tam non nisi vir catholicus et pius per eos ad quos spectinet presentetur et instituatur, non obstante ipsa vnione, aliisq premissis ac Apo stolicis constitutionibus et ordinationibus ceterisq contrarijs quibuscung. Per presentes autem non intendimus ius patronatus predictum in aliquo appro: bare. Datum Rome apud sanctum Marcum sub annulo Piscatoris

die nona Augusti millesimo sexcentesimo Tertio Pontificatus
nostri anno Duodecimo . M. Vestrius Barbianus p.

Tergo Vnatili Fratri Laudio Episcopo Regien. apud charissimum in Chro
filium nostrum Sigismundum Poloniæ et Sueciæ Regem Illustrem
nostro et Apostolicæ Sedis Nuncio &.

Consensus cedendi villa Markuszewice in personas Joannis et Nicolai Potrikowskich

Sigismundus &c. Significamus &c. Quod cum nobis expositum esset
nomine nobilium Georgij Joachimo olim Woitech Herehori olim Michae-
lis Joam Joachimowic, et Laurim olim Pauli, atq Basili, Alexij, et Joachimowic
olim Stephani filiorum villa Markuszewice in districtu Chmielnicen sita
possessorum, ipsos postulantibus id rationibus suis ea villa omnibusq eius atti-
nentijs, tum et iure feudi super dictam villam Markuszewice, auo parentibusq
illorum á Sermo olim Sigismundo Augusto Rege auunculo nro desiderati-
simo gratiose concessa, Nobilibus Joanni et Nicolao Potrikowskim cede-
re, illudq iuis suum vendere velle ad quod transigendum vt consensum nrum
illis dare et concedere dignaremur per certos consiliarios nros nobis supplicasse
Nos propter habentes rationem vtriusq partis militarium seruitiorum quæ
omni occasione nobis et Reipub. contra hostes Regni istius fideliter præsti-
terint, præstareq haud intermittunt, ni eam cessionem iuris, in quantu
subsistere potest, ac venditionem villæ Markuszewice consentiendum et
permittendum illis esse duximus, prout consentimus et permittimus præsen-
tibus, eam coram quibusuis authenticis Regni nri Actis facere et recognoscere

Quam

Quam quidem cessionem et venditionem bonorum prafatorum vt primum
per memoratos possessores villæ istius m̃ personas dictorum Joannis et Nicolai
Potrikowskich fratrum facta et recognita fuerit, ratam et gratam per omnia
habituri sumus. Atq eius cessionis venditionisq tum et presentis donationis
nr̃a dyore, prænominati fratres eam villam Markuszewice per medieta-
tem, cum omnibus m̃colis locatis et locandis, nec non censibus, laboribus, ta-
bernis, aquis cultis et m̃cultis, extirpatisq et extirpandis, pratis, areis, flumys
fluminibus, lacubus, stagnis, piscinis, viuis, aquis, et earum decursibus, molen-
dinis extructis et extruendis, et eorum emolumentis, sylvis quoq boscis, nemori-
bus, rubetis, saceptis, mellificys, venationibus, aucupys ex hisq prouenien̄ red-
ditibus, et generaliter attinencys et pertinencys vniuersis quæ nunc fut
et m̃ futurum humana industria quomodolibet excogitari poterint, m̃ ea
longitudine, latitudine, et circumferencia, quemadmodum ab alys bonis
dislimitata in suis metis et limitibus consistit, ita quod generalitas specialitati
et specialitas generalitati m̃ nullo derogret, tenen̄, haben̄, vtifruen̄, pacifi-
ce et quiete vsq ad decessum eorum legitimæ prolis masculæ possiden̄, atq
de nostro et Sermorum successorum nr̃orum speciali consensu et voluntate
dare, donar̄, commutare, vender̄, obligar̄, alienar̄ et m̃ quosuis alios
vsus suos, et successorum suorum masculini sexus beneplacitos conuerter̄. Ist.
quam verò posteritatem illorum masculini sexus decedere ex hac vita con-
tigerit, adeò vt iam nullus successor masculus prædictorum nobilium
nisi fœminei sexus superstes exerit, tum primum et non alias, villa dicta
Markus Jowice ad nos et Sermos successores nr̃os plenoiure redibit, et de-
uoluetur, Ratione cuius feudi, seruitium militare, contra quosuis hostes
ipsi eorum posteritas masculæ nobis Sermisq successoribus nr̃is atq Reipub.
pro defensione terrarum Russiæ, dum à Præfecto exercituum Regni vel Du-
ce sanguinis requisiti exim̃ præstare tenebuntur. Juribus nr̃is Regalibus Rei-
pub. et ecclesiæ catholicæ ibidem per omnia manen̄ salvis. In cuius rei fidem
Datum Graconiæ die decima septima Mensis Septembris Anno

Domini M. D. C. III Regnorum nrorum Poloniæ XVI° Sueciæ vé
ro anno decimo

Sigismundus Rex

Notariatus Terris Drohici-
ciẽ, Alberto Swieiko Siechanowiecki
datus

Sigismundus etc. Significamus etc. Quod cum Dignitary officiales vniuersæq; Nobilitas terræ Drohiciẽ Palatinatus Podlachiæ more et consuetudine recepta, vel ex instituto Regni veteri, post mortem Generosi olim Alberti Kossowski, vltimi et immediati Notary terrestris Drohiciẽ, quatuor viros, qui munexi huic Notariatus gerendo idonei videren-
tur, electos literis authenticis nobis proposuissent, vtrum ex ijs hoc offi-
tium conferremus. Nos Generosi Alberti Swieiko Siechanowiecki cum in nos fidem, obseruanciam ac benemerendi flagrans studium, tum in ijs quæ ad negotium Reipub. spectant, singularem dexteritatem, maximé verò, quo ad munus hoc recte et cum dignitate obeundum requiritur, iuris prudentiæ, legumq; experiencia commendatam a plerisq; consiliarijs nostris haberemus, illi potissimum munus prædictum Notary terrestris Drohiciensis, dandum et conferendum duximus, vti quidem cum omnibus iuribus, prærogatiuis, libertatibus, prouentibus, et obuentionibus generaliter vniuersis, ad vitæ eius extrema tempora, vel amplioris alicuius dignitatis, vel officij assegutionem obtiniendum damus et conferimus præsentibus. Quod omnibus quorum interest, præcipiẽ verò ijsdem Dignitarijs officialibus, Vniuersq; Nobilitati et toti equestri ordini terræ Drohiciẽ

ad notitiam

ad notitiam deduximus mandamusq; vt pranominatum Generosum Albertum Suieiko Siechanowiecki. provexo et legitimo Notario terrii Droso: cien habeant et agnoscant, atq de loco in locum, prarogatiuis ac redditi: bus, omnibus, munerj; huic iure vel antiquitus debitis et obseruatis ei re: spondeant etab alijs responderi faciant. Pro gratia nra. In cuius rei fidem &c Datum Siracouiæ die xxvij Mensis Septembris Anno Do: mini M. D. C. Ly Regnorum nrorum Poloniæ xvi Sueciæ decimo

Sigismundus Rex

Consensus excemendi Aduocatiam in Plonisko Albto Sekowski datus

Sigismundus &c. Significamus &c. Quia nos benignam ratio: nem habentes meritorum Generosi Alberti Sekowski Secretarij nostri eidem consencieneum et permittendum duximus vt possit et valeat Aduo: catiam in Oppido nro Plonsk in Palatinatu Plocen sitt de manib; successorum Famati olim ac aliorum quo rumuis ius et interesse aliqd ad eam se habere pretenden in stis pe: cuniarum summis in eadem Aduocatia miscriptis vel ex leuitima om: missionum nrorum tax a prouenien recipere, vel alio quouis modo eliberare et emoitare. Quam quidem Aduocatiam sic redemptam sine alio quouis modo eliberatam, et emoicatam in prefato Oppido nostro Plonisko sitam, cum omnibus eiusdem attinencijs et pertinencijs functibus, prouentibus, vtilitatibus, commodis, ac emolumentis generali: vniuersis et singulis ad eandem Aduocatiam ex antiquo spectantibus nullis penitus exceptis neq; pro nobis aut quopiam alio reseruatis. Ideo

omnibus in genere et singulis in specie comprahensis, tenebit habebit
possidebit, pacifice et quiete ad extrema vite sue tempora vtifruetur
Promittimus q verbo nro Regio pro nobis et sexmis successoribus nris Re-
gibus Polonie, non esse nos neq sexmos successores nros ab eodem Genero-
so Alberto Sekorski dictam Aduocatiam in oppido nro Plonsk a
moturos alienaturos, aut redempturos, neq amouendi aut removendi
durante vita ipsius cuipiam potestatem facturos, verum illi saluum et ille-
sum ius aduitalitium super prestitam Aduocatiam conseruaturos et
sexmi successores nri conseruaturi sunt. Cuvero vita functo non prius dicte
Aduocatie possessio ad nos et sexmos successores nros redibit, quam summa
in eadem inscripta vel exactoria commissariorum nrorum proueniens suc-
cessoribus illius integre persoluta et numerata fuerit. Iuribus nris Re-
galibus, Reipub.ce et ecclesie catholice saluis ibidem per omnia ma-
nentibus In cuius rei fidem vt Datum Cracouie die tricesima
Mensis Septembris Anno Domini M. D. C. III. Regnorum nrorum
Polonie duodecimo Sueciae vero decimo

Sigismundus Rex

Aduocatia in villa Drohomisl Gnoso Petro Komorowski cofert

Sigismundus rex Significamus q. Quia nos benignam rationem
habentes militarium seruitiorum Generosi Petri Komorowski que nobis
primum quidem in Moldauia fideliter et strenue prestitit ac etiam num
in Liuonia

mi Liuonia post habitis vitæ periculis et incommodis sumptibus suis mi-
nimè parcendo præstare haud intermittit in eam quam illi Generosus An-
dreas Slada de iure suo aduitali super Aduocatiam in villa Duo Somist
attinencias illius seruient' cupit facere cessionem consentiendum et permitten-
dum esse duximus, prout consentimus et permittimus præsentibus. Quam
quidem condescensionem seu iuris transmissionem, vt primum illi coram
Actis quibuscunq; attendicijs Regni facta et excogmita fuerit, ratam et gra-
tam per omnia habituri sumus. Atq; eius cessionis et præsentis consensus mi
vigore, præfatus Generosus Petrus Komorowski dictam Aduocatiam una
cum certis metambus in eadem villa Drozomÿs et integra villa Badauia
ad eandem Aduocatiam pertinen, omnibusq et singulis, subditis, censi-
bus, et eorum laboribus, agris, pratis, hortis, campis, ÿluis, pascuis, piscimi
attinencÿs et pertinencÿs, commodis et utilitatibus, ad eam Aduocatiam
legitimè pertinentibus, nullis penitus exceptis, tenebit, habebit et possi-
debit, ÿsdemq; quietè et pacificè, vtetur, fruetur ad extrema vitæ suæ tem-
pora. Promittimusq; pro nobis et Successoribus nris, quod eundem
Generosum Petrum Komorowski quamdiu vixerit possessione præfatæ
Aduocatiæ, omnibusq; pertinencÿs eiusdem non prius abimus, neq; eum inde eja-
mus nra et Reipub. necessitate id exigente, redimemus nec amouebi-
mus, neq; cuiquam consensum nrum eum inde redimendi, vel amouendi
præbebimus, quin salvum et integrum ius aduitale in dictis bonis illi sem-
per præstabimus et Successores nri præstabunt. Postquam autem
e viuis decessum non prius successores illius inde condescendere debebunt
donec summa in eadem inscripta, vel ex legitima commissariorum ta-
ne prouenientis ipsis plenarie persoluta et numerata fuerit. In cuius rei
Regalibus et Reipub. fidei q; fidelissimæ catholicæ ibidem saluis manentibus
In cuius rei fidem &c. Datum Cracouiæ die vltima Mensis

Septembris Anno Domini M. D. C. III Regnorum nrorum?
Poloniæ decimo sexto Sueciæ vero anno decimo

Sigismundus Rex

Villa Brindzow alias Vherisko Ioanni Kobeliński datur

Sigismundus &c. Significamus &c. Quia nos commendata per certos consiliarios nros habentes Nobilis Joannis Kobelnicki præclara merita, quæ ille in militia nobis et Reipub.ae in confinys Regni atq; in Mold: Dacia superiori anno non absq; iactura rerum suarum et salutis discrimine exacte et strenue præstitit ac huiusq; præstare non intermittit eorum rationem merito habendam esse censemus. Quapropter volentes illi aliquam significationem gratiæ nræ declarare, et ad ulteriùs deinceps benemerendum promptiorem alacrioremq; reddere, ei villam nram Brindow alias Vherisko in Palatinatu Podolia et districtu Latsi: Jouien sit. atq; textiam mensuram molendini in fluuio Wolk in ciuitate nra Lathicouien extructi ad nram dispositionem post obitum Valentini Myślisewski, vel etiam aliorum quorumuis obitum, si quibus cessio eorum bonorum facta est, legitime deuolut, iure dominali dari et conferri decreuimus, prout quidem damus et conferimus præsentibus literis nris, præfatam villam uti a summis liberam, de facto in possessionem apprehendendam. Textiam verò mensuram in nostris pecuniarum summis in ea inscriptis, vel ex taxa commissariorum prouenien de manibus quorumuis modernorum possessorum illius redimen. Quam quidem

dem

dem villam, vigore ipsius donationis nostre idem Joannes Kobelnicky
cum omnibus et singulis, agris, pratis, hortis, pascuis, stagnis, piscinis, sa-
ceptis, mellificijs siluis, subditis, censibus, et eorum laboribus, alti-
nentijs et pertinencijs ad eam villam legitime et ex antiquo spectan
nullis exceptis, aut cuipiam reseruatis, ita prout missis metis et limitibus
continetur et quemadmodum ab anteces ore eius possessa fuit, tum etiam
tertiam mensuram quamprimum eam exemerit ex emolumentis om-
nis generis grani et brasei de molendino prefato Kathij quien prone-
mien, cumq3 omnibus commodis et obuentionibus pleno iure ad uitali
pacifice et quiete tenebit, habebit et possidebit ad extremum vite sue
terminum. Promittimusq3 nro et sexmorum successorum nrorum nomine
quod eidem Nobili Joanni Kobelnicki superstiti vsum et possom
dicte ville omniumq3 eius attinenciarum tum et tertiam mensuram emo-
lumentorum, licet in nostra et Reipub.ce ardua exegerit necessitas nul-
lo unquam tempore aemiemus, nec alienabimus, neq3 adimen aut alie-
nandi cuiquam potestatem faciemus, quin saluum et integrum ius adui-
tale ipsi in bonis eisdem semper prestabimus et sexmi successores nri
prestabunt. Ratione cuius aduitalitatis quartam proventuum par-
tem, de eis bonis Kaycam quotannis tempore legibus Regni prescripto
inferre tenebitur. Ex tertia vero mensura, molendinatorem suis sumpti-
bus prouidere, tum in reparationem molendini tertium denarium et sa-
pitaneus duos, pro lapidibus seramentis, alijsq3 instrumentis necessa-
rijs, in commune conferre debebunt, Atq3 post obitum prefati Kobe-
lnicki non prius tertia ipsius mensura possessione successores eius rede-
re debebunt quam summa ibidem existens, illis integre persoluta et
numerata fuerit. Iuribus nris Regalibus rc. In cuius rei fidem rc
Datum Cracouie die vltima Mensis Septembris Anno Dni M.D.C.My
Regnor nrorum Polonie xvi Litcie vo xc. Sigismundus Rex

Iudicatus Terrestris Cernen[sis] Francisco Zawissa confertur

Sigismundus &c. [a] Significamus &c. [a] Quod cùm Dignitarij officiales et Nobilitas districtus Cernen[sis] pro iure et institu-
to Regni post mortem Inoss Matsnacki vltimi &c. immediati Iudicis terrij Cernen[sis] electionem quatuor virorum huic mu-
neri generoso idoneorum peregissent, atq; per literas autenticas nobis proposuissent, vt vni ex ijs cui nobis videretur hoc ipsum officium
Iudicatus Terrij Cernen[sis] conferremus. Idcirco nos Generosi Fran-
cisci Zawissa cum in nos fidem obseruantiam deuotionem q; bene-
rendi feruens studium cum in Reipub[l]ae tractandis negocijs operam
et dexteritatem, maximè autem quo ad hoc munus rectè obeundum
requiritur legum publicarum haud vulgarem peritiam commenda-
tam haberemus, eidem munus Iudicatus Terrij Cernen[sis] dandum et
conferendum esse duximus, vti quidem cum omnibus iuribus, præroga-
tiuis et obuentionibus generaliter vniuersis ad vitæ eius extrema tem-
pora, vel amplioris alicuius dignitatis aut officij assecutionem
obtinen[s] damus et conferimus hisce literis nostris. Quod omnibus
in vniuersum quorum interest, præsertim verò Dignitarijs, officia-
libus, totiq; Nobilitati districtus Cernen[sis] ad notitiam deduci-
mus mandamusq; vt prænominatum Generosum Franciscum Za-
wissa pro vero et legitimo Iudice Terrij Cernen[sis] habeant et agno-
scant, iurisdictionique illius pareant, ac de loco prærogatiuis iu-
ribus, prouentibusq; illi de iure et consuetudine antiquitus de-
bitis respondeant, responderiq; ab alijs curent. In cuius rei fidem &c. Datum Cracouiæ prima die Mensis
Octobris

Octobris Anno Domini M. D. C. Tertio Regnorum nrorum
Poloniæ decimosexto Sueciæ verò anno decimo

Sigismundus Rex

Judicatus Terris Drohicien, Adamo Olendzki confertur

Sigismundus &c. Significamus &c. Quod cum Dignitarij
officiales totaq3 Nobilitas terræ Drohicien Palatinatus Podlachiæ
noxe et vicinorum veteri, post decessum Generosi Matthiæ Sobikrowsky
ultimi et immediati Judicis Drohicien quatuor virios, qui muneri
huic Judicis idonei viderentur eligerent, electosq3 literis authenti-
cis nobis proposuissent, petijssentq3, vt eorum illorum istud genus offic̃
autoritate nra Regia conferre dignaremur. Nos Generosi Adami
Olendzki, Tribuni Mielnicen cum egregiam in nos fidem, ob-
servantiam benemerendiq3 flagrans at indefessum studium: tum
in ijs, quæ ad Reipub.ᵉ negocia spectant, singularem dexteritatem
maxmeq3 verò quæ ad munus hoc recte obeundum requiruntur, pru-
dentiam, integritatem, iuris, legumq3 Regni, exactam cognitionem
rerumq3 experientiam, commendatam habeamus, illiipsi munus
Terris Judicis Drohicien. dan. et conferen esse duximus. vti qui-
dem cum omnibus iuribus, prærogatiuis, et obventionibus generalr
pertinentibus, ad vitæ eius extrema tempora, vel ad amplioris alicuius
dignitatis aut officij assequutionem obtinen damus et confirmamus
Quod omnibus mium interest, præsertim verò Dignitarijs officialibus et toti Nobilitati terræ Drohicien ad notitiam

deducimus mandamusq; vt prænominatum Gnosum Adamum Olen:
dzky, pro vero et legitimo Judice terræ Drohiciens. habeant et agnoscãt
atq; de loco præroqatiuis, iuribus at reddituibus, vniuersis, muneri
bus iure, vel antiquitus recepta consuetudine debitis eidem respon:
deant et ab alijs responderi faciant. Propria nrâ. In cuius rei fid
em Datum Vilconid die tertia Mensis octobris Anno Domini
M. D. C. III Regnorum nrorum Poloniæ decimosexto Sueciæ
vero anno decimo

Sigismundus Rex

Castellanatus Biecen. Ioanni Branicki confertur

Sigismundus etc. Significamus vt Eum esse Grifforium genere
splendorem, eam longa serie à maioribus deductam nobilita:
tem at mi Sexmos antecessores nros nosq; ipsos Reipub. hanc beneme:
ritorum magnitudinem, vt asprimam eam familiam commendatam
habeamus. Et enim si in optata Reipub. tranquillitate paccatum va:
let consilium, si in acerbo bellorum motu fortes et audaces requiruntur animi, profecto eam familiam quæ his artibus ad gloriam virtutis
via omni tempore contendit summis merito honoribus cohonestandam
et amplificandam censemus. Itaq; fuerit sane amplissimum Regni
Got nostrum virorum præclarorum feracissimum non defuerint et
consilio graues Senatores et rei militaris scientia periti Duces et
fortes bello milites, certe non postremum in ordine hoc locum Grif:
forum familiam et ex ea ortos Branicios obtinere arbitramur
Quæ familia cum nobilissimi viri et præstantissimi ciues fuã

amantissimi

amantissimi Patriæ vberrima omni tempore promanarint, tum vero Ge:
nerosus Joannes Dranicki de Rurcza castellanus Zarnouien capitaneus Rnè:
polonicen prudens et circumspectus Senator amitum decus et á maiorib:
bus acceptam gloriam præclarè gestis summa semper cum laude cumula:
uit. Qui cum Patre æterna memoria dignissimo viro capitaneo Rciepo:
lonicen D. Stephano antecessori mo, nobisq ipsis charissimo natus
Primoribus q mi Reipub. nra viris sanguine vinctus esset, teneram ætá:
tem suam non passus est miter parietes domesticos (ut plerisq) privato
marte terere otio, quin æmulam naturæ consuetudinem vsumq eo con:
uertit, ut adolescentiæ cursum, bonasq ulteriorib ætatis suæ par:
tem, non tantum privatim et publicè in patria verum etiam extemis
Europæ provincijs summa cum laude transegerit. Hinc evenit ut ad
generis claritudinem, vitaq insignem probitatem, rerum usum et ex:
perientiam, splendorem, elegantiam, consilij promptitudinem et ma:
turitatem in omni negocio gravitatem, solertiam, in obeundoq munere
senatorio quo hactenus functus est præstantiam adiunxerit. Quibus
laudibus cum eum nobis commendatum et gratum habeamus, volentes
patentiorem illius virtuti et industriæ aperire campum faciendum
putauimus, ut ad eminentiorem in Senatorio ordine locum nempe ad
castellaniam Biecen per evectionem Magci Alexandri Komiecpolsky
capitanei Vielunen ad Palatinatum Podolien vacantem eundem Jo:
annem Dranicki promoueremus, eamq eidem conferremus, vti qui:
dem singulari nra, erga eum voluntate et propensissimo animo pronti
plomate nro. cum omnibus siue ex legum instituto siue ex consuetu:
dine ad illam quouis modo spectantibus. libertatibus, prærogatiuis,
iurisditione prouentibus, quibuslibet, et loco, promouemus damus, et
conferimus. Quod vniuersis et singulis quorum interest, præcipue autem

districtus Bicen. Dignitarijs officialibus vniuersq; Nobilitati notum esse volumus mandamusq; ut prænominatum Generosum Joannem Bramicki de Rzeczka prouero ac legitimo castellano Bicen. habent reputent, et agnoscant, eig de loco ciuilibus, præpotatiuis, prouentibus omnibus, ad eam de iure vel consuetudine pertinentibus respondeant responderiqs ab alijs quorum interest curent. In cuius rei fidem &c. Datum Cracouiæ die octaua Mensis Octobris Anno Domini M. D. C. III Regnorum nrorum Polonię decimo sexto Sueciæ verò anno decimo

Sigismundus R.

Castellanatus Malogosten, Abigneo Ossolinski datus

Sigismundus &c. Significamus &c. Eo nos semper fuisse erga viros de nobis & Reipub. optimè meritos animo, vt et illos debito virtutum suarum præmio, ornari, et alios eiusmodi exemplis ad simile Reipub. capessen. studium ac de nobis benè merendi excitari voluerimus itaq; Nos. Abigneum Ossolinski. Succamerarium Sendomien. Cen. Stamslauien. et Dobrzinien. Capitaneum nrum eum virum esse censeamus, qui ab ipsis penè ætatis suæ incunabulis non in umbra et otio sed in sole et pulvere educatus in omni Reipub. fortuna tam domi quam foris pace siue bello ita versatus sit, vt virtutis maiorum suorum se minimè degenerem, sed fidelem, industrium patriæq et pub. cipum suorum rationum ac commodorum studiosum auem se præstiterit

turbulenta

turbulenta gurgenis aspernatus, salubria verò secutus consilia in fide et officio erga patriam constantissimè semper permanserit, nos præterea ipsos, perpetua fide, studio, ac obseruancia sua tum singulombus meritis in æternè sibi deuinctos reddiderit, faciendum nobis esse vel meritissimo fratauimus, vt quo ampliorem virtutis sue exercende campum et ostendi erga patriam offici, luculentiorem habeat occasionem ipsum in numerum Senatorum nostrorum cooptaremus, atq; castellanatus Malogostien dignitatem, euectione Generosi Nicolai Sliesnicki ad castellaniã Carnouien vacantem eidem daremus et conferremus, vti quidem cooptamus, damus et conferimus hisce nris ad extremã vitæ sue tempora siue ad maioris alicuius dignitatis aut officij attequutionem, cum omnibus, obuentionibus et prærogatiuis habeñ et obtinen. Quod ad notitiã Regnicolũ Magistratuum, præcipuè vero Dignitariorum officialium ac Vniuersæ Nobilitati Palatinatus Sendomirien deducen mandamus ut prænominatum Generosum Stanislaum Ostolinski, pro vero ac legitimo castellano Malogostien iam ex eo tempore habeant et agnoscant eidemq; de loco prærogatiuis, muneribus, additibus, ac obuentionibus vniuersis ad hoc idem munus ex antiquo pertinentibus respondeant etiam responderi ab alijs faciant. In cuius rei fidem &c. Datũ Cracouiæ die nona Mensis octobris Anno Domini M. D. C. III Regnorum nostrorum Poloniæ Sedecimo Sueciæ verò anno decimo

Sigismundus Rex

Consensus excmen Aduocatiam Osuiecimen, Komorowskie.

Sigismundus &c. Significamus &c. Quod cum nobis relatum
esset Aduocatiam in villa nra Osuiecimen nullo tepitmo tunc á moder:
nis possessoribus occupatri exemptionigs esse obnoxiam ideo conscien dum
esse duximus Generoso Nicolao Komorowski capitaneo nro Osuiecimen
Ut possit et valeat eandem Aduocatiam de manibus modernorum posses:
xum redimere, redemptamgs cum omnibus et singulis utilibus. redditibus
attinencÿs, pertnencÿsgs vniversis, nullis penitus exceptis negs reservatis
tenere, habere, quietè et pacificè possidere, ad extrema vitæ suæ tempora. Vo:
luimusgs verbonro Regio pro nobis et Sexmis Successoribus nris, quod
eundem Generosum Nicolaum Komorowski capitaneum nrum Osuiecimen
quamdiu vixerit á possessione prædicta Aduocatiæ omnibusgs pertnen
eius non admouemus negs redimemus, negs amouendi aut redimendi po:
testatem cuipiam faciemus, verum in eius tranquilla possessione, salvum
et integrum ius aduitalicium ipsi donec superstes fuerit in ea conservatu:
ros. Eo demum é vita sublato non prius successores illius inde conscen:
dere debebunt donec summa in ea inscripta vel ex commissariorum taxa:
tione proueniens ipsis persoluta fuerit. Juribus tamen nris Regalibus
et Reipub.ª Ecclesiarumg in eis salvis manen. In cuius rei fidem &c
Datum Cracouiæ die decima Mensis Octobris Anno Domini M.
D. C. III Regnorum nrorum Poloniæ XVI Sueciæ vero X°
Sigismundus Rex

Aduocatia in villa Dobrzan Nicolao Orzechowski datur

Sigismundus &c. Significamus &c. Quod cum in duxissent in
animum Nobiles Andreas Pilchowski et Magdalena de Orzechowce
conjuges

conuiues toto et integro iure suo aduitalitio ipsis super Aduocatiam
in villa Dobrzany ad Capitaneatum Leopolien pertinente a nobis seruie-
ente. Nobili Nicolao Ordesowsky cedere illudq in personam illius
transfundere et transferre. Supplicatumq nobis esset ut id de nostro con-
sensu facere illis liceret. Nos supplicationi predicte benigne annuen-
atq meritorum prefati Ordesowski quæ nobis in multis expeditionib
in terris Russiæ, non sine magno dispendio salutis, ac fortunarum sua-
rum præstitit prastareq non desinit rationem habentes, in eandem ces-
sionem consentiendum et permittendum duximus consentimusq et permit-
timus esse. Quæ quidem cessio iurisq transfusio, postquam coram
Nobis quibuscunq authentficis Regni facta, et suum effectum sortita
fuerit, nobis rata et grata erit, vti ea quæ cum consensu nro perapetur
tempore eiusdem prefatus Nicolaus Ordesowsky predictam Aduocatia
cum omnibus attinen et pertinencijs, prout ex antiquo vigore literas
originales ad eam spectan, et prout eandem immediati possessores pos-
sidebant nullis prorsus excipien, tenebit, habebit, possidebit, pacifice
et quiete utifruetur ad extrema vita sua tempora. Promittimusq pro
nobis et Serenis successoribus nris Regibus Poloniæ, quod durante vita
prædicti Nicolai, Ordesowsky non esse nos eum a prædicta Aduo-
catia amoturos, alienaturos aut inde redempturos sed semper ipsi
talium et illa sim-ius Aduitalitium conservaturos. Post mortem
vero ipsius, non prius successores ipsius de eadem Aduocatia cedere
tenebuntur, donec summa pecuniaria in eadem Aduocatia inscripta
vel ex taxatione commissariorum lege inde proueniens illis integre
persoluta et numerata fuerit. Iuribus nris Regalibus Reipub. et fide
Catholicæ saluis ibidem manentibus. In cuius rei fidem &c. Datum
Cracouiæ die tertia Mensis Octobris Anno Dni M. D. C. IIJ°
Regnorum nrorum Poloniæ XVI Sueciæ vero anno X°

Sigismundus Rex

Tribunatus Mielnicen, Octa:
uiano Irzikowic confertur

Zigismundus &c. Significamus &c. Quod cum Generosi Octauiani Irzikowic, singulania erganos atq; Reipub. merita commendata habere: mus, eumq; ad benemerendum de nobis et de Repub. in posterum redde: re alacriorem vellemus, faciendum nobis esse duximus ut ei Tribuna: tum Mielnicen vacantem per euectionem ex eo ad Iudicatum Tend Drohicien Generosi Adami Olendzky vltimi et immediati eius pos: sessoris daremus et conferremus, prout damus et conferimus p̃sen tib̃ nris. Quod quidem officij genus prædictus Generosus Octauianus Irzikowic, cum omnibus iuribus, prærogatiuis, libertatibus, commo: dis, et utilitatibus, cæterisq; obuentionibus vniuersis tunc vel an: tiquitus muneri huic debitis gerat quoad vixerit, vel maioris dignitatis gradum consequutus fuerit. Quod omnibus quorum interest præsertim verò Senatoribus, officialibus atq; totæ Nobili: tati terræ Mielnicen, notum esse volumus eisdemq; mandamus vt prænominatum Nostrum Octauianum Irzikowic, pro vero et legitimo Tribuno Mielnicen agnoscant et habeant, illig de loco iuribus, et omnibus prærogatiuis ad hoc Tribunatus officium per: tinen, respondeant et ab alijs quorum interest responderi curent Pro gratia nra. In cuius rei fidem &c. Datum Cracouiæ die Septimæ Mensis Octobris Anno Domini M. D. C. III Regnorum nrorum Poloniæ XVI Sueciæ vero anno X

Zigismundus Rex

Dapiferat, Drohicien, Alb.o Niemiera

Sigismundus &c Significamus &c Quia nos commendatam habemus
Generosi Alberti Scemiera in nos eximiam fidem erga Rempub. Nostram
Ordinum et in rebus gerendis impulavem dextexitatem ipse omnibus da-
pifer terræ Drohiciensis vacans per obitum Generosi olim Joannis Sce-
miera patrui sui, vltimi et immediati eius officij possessoris, dignum
et condendum esse duximus, vti quidem hisce præsentibus damus et
concedimus, cum omnibus prærogatiuis, libertatibus, prouentibus
ad hoc idem officium ex lege vel consuetudine veteri spectantibus
ac extrema vitæ illius tempora, vel ad amplioris alicuius dignitat.
vel officij euectionem. Quod ad omnium quorum cuius interest
præsertim vero Senatorum officialium vniuersig equestris ordinis ter-
ræ Drohiciensis notitiam deducimus mandantes ut prænominatum
Generosum Albertum Sciemiera abhinc pro vero et legitimo terræ
Drohiciensis Dapifero habeant et agnoscant, atq de loco præroga-
tiuis libertatibus, prouentibus cæteris q attinencijs, hinc munera
seruientibus illi respondeant et ab alijs quorum interest responderi
faciant. In quorum fidem præsentes vt Datum Gra-
couiæ die vndecima Mensis Octobris Anno Domini M. D. C. III
Regnorum nrorum Poloniæ XVI Sueciæ vero amo X°

Sigismundus Rex

Pensio annua 1000 floren, Si:
gismundo Kazanowski assignat

Sigismundus &c Significamus &c Quia nos rationem ha-
bentes condignam seruitiorum militarium Generosi Sigismundi
Kazanowsky Rothmagistri nostri, quæ nobis et Reipub. cum in

alijs expeditionibus bellicis tum maxime in hac presenti Liuonica magno et indefesso studio et singulari alacritate præstitit, negullis incommodis aut periculis in maxima victus ac rerum omnium difficultate ab ea se abduci passus est, cum cæteris commilitonibg ac similem constantiam ac alacritatem in Reipub.ᵉ obsequijs pstando exemplo ac hortamento fuit, habendam uiri optimo illius ratione ex putauimus ac id circo pensionem annuam ex prouentibus Thelo: neorum Regnⁱ in vist mille florⁿ Polonⁱ morte olim Vnabilis Stephani Uarszewicki canonici Cracouien Secretarij nri vacantem et ad nos denolutam eidem Generoso Sigismundo Kazanowsky Rot: magistro nro dandam et conferendam esse duximus prout damus et conferimus præsentibus literis nris, per eum dictam mille florⁿ pensionem singulis annis more solito, vsq; pro festo Trium Regum ex redditibus pfatis tollen ac percipien ad extrema vitæ illius tempora vel ad aliam prouisionem nram. Quod ad omnium et singulorum notitiam præsertim vero Ihoannis Hamstai Sikowski Succame: rarij Cracouien et Theloneorum Regⁱⁱ Præfectⁱ modernⁱ et pro tpe existen deducimus mandan ut predictos mille florenos Polonicales singulis annis tempore præfixo eidem Generoso Sigismundo Kazanow: sky in parata pecunia soluant et numerent soluiq et numerari curent Pro grata nra. Quod in rationibus Thesaurⁱⁱ vigore ipsius recogni: tionibus pro grato et rato nos suscepturos vna cum Sereⁿⁱⁱ Suæ: scribis nris pollicemur. In cuius rei fidem &c Datum Cracouiæ die Duodecima Mensis Octobris Anno Domini M. D. C. VI Re: gnorum nrorum Poloniæ XVI Sueciæ vero anno X

Sigismundus Rex

Aduocatia in villa Rzatkowa

wolia exemen. Andr. Ramult consen.

Sigismundus &c. Significamus &c. Quia nos admittere cessiem
quorundam constitutionum nrorum pro Generoso Andrea Ramult
apud nos fact. faciendum nobis duximus vt ei exemen Aduocatia
mi villa nra Rzadkowa Wolia ad Capitaneatum Brzestn per:
tinen, de manibus successorum olim Nobilis Ada Sierustowsky
eiusdem Aduocatia ultimi et immediati possessoris, iusta pecunia:
riam summam seu ex taxa commissariorum nrorum prouenien, pote:
statem faceremus, quemadmodum facimus p[re]sen tris mis. Quam
quidem Aduocatiam postquam p[re]dictus Generosus Andreas
Ramult exemerit, eandem vna cum metombus in villa Sokolow
et quatuor laneis agri in villa Rzobia dictis ca[e]teris q[ue]
attinencijs, pertinencijs fructibus, emolumentis, tenebit, habebit
ac possidebit, ad extrema vitæ sue tempora. Promitten nro et Lez:
morum successorum nostrorum nomine, quamdiu p[re]dictus Gnosus
Andreas Ramult vixerit non esse nos eundem à possessione et usu
dictæ Aduocatiæ laneorumq[ue] p[re]fatorum, exempturos aut alie:
naturos, neq[ue] eximen aut alienandi cuiquam potestatem facturos
quin potius eundem quo ad vixerit conseruabimus et Lezmi successores
nostri conseruabunt. Post decessum vero illius, non prius eius Ad:
uocatiæ possessio ad nos Lezmosq[ue] successores nros redibit quam
summa ibidem legitime inscripta, vel ex commissariorum taxa:
tione proueniens successoribus illius integre persoluta fuerit. Iu:
ribus nris Regalibus Reipublicæ et Ecclesiæ Catholicæ sal:
uis ibidem manentibus. In cuius rei fidem &c Datum &c.

couia die decima sexta Mensis octobris Anno Domini M.D.
C. tertio Regnorum nrorum Polonie XVI Sueciæ verò anno X°

Sigismundus Rex

Conseruatio Alberti Chibinussii molendini villæ Zaborowice

Sigismundus &c Significamus &c Quia nos rationem habentes
Sumptuum et expensarum quas honestus Joannes Chib molendinator
in ædificia molendini nouiter ex silua Niedzyehod dicta fundi vil:
le nrę Zaboxowice ad capitaneatum Radomsicen pertinen fecit
faciendum nobis duximus ut filium eius honestum Albertum Chib
in possessione ac usu aduitali eiusdem molendini conseruaremus ac
relinqueremus, prout conseruamus et relinquimus, atq iure aduitali
hoc idem molendinum ei conferimus præsentibus literis nris, per eas
dictum molendinum cum omnibus, agris, pratis, hortis, pascuis ac
alijs attinencijs, pertinencijs, commodis, vtilitatibus, emolumentis q
vniuersis, ita quemadmodum ad præsens illud possidet, pacifice et
quiete tenen, haben, et possiden ad extrema vitæ suæ tempora. Pro:
mittimus q pro nobis et Seymis successoribus nris, quod durante vita
prædicti Alberti Chib, non esemus eundem neq Seymos successores nros
a possessione et usu aduitali prædicti molendini amoturos aut alie:
naturos, sed semper ipsi ins aduitalitium quoad vixerit salvum et
illæsum conseruaturos. Post decessum verò illius non prius successores
eius, possessione et usu dicti molendini cedere debebunt quam summa
eis de

eisdem iuxta commissariorum nrorum nostrorum taxationem
proueniens integrè persoluta et numerata fuerit. Iuribus nris Regali-
bus Reipub. Ecclesiæq catholicæ et oneribus capitaneo debitis sal-
uis ibidem manentibus. In cuius rei fidem &c. Datum Cracouiæ
die xv Mensis Octobris Anno Domini M. D. C. vij° Re-
gnorum nrorum Poloniæ xvi Sueciæ verò Anno x

Sigismundus Rex

Ius caducum in Oppido Mlx: Iwa Alberto Sekowski confertur

Sigismundus &c. a Significamus &c. a Quia nos omnia bona mo-
bilia et immobilia summas pecuniarias aprio gratas uis personas modo
quolibet et ratione depositas at ubicunqs locorum consistentes post
mortem Famati Joannis Dolieski ciuis Mlauen ad nos fiscumqs
et dispositionem nram Regiam certis ex causis iuxe caduco deuo-
luta, Generoso Alberto Sekowski Secretario nostro danda donan-
da et conferenda esse duximus, prout damus donamus et conferimus
p̃sen̄ litexis nris. per eundem Generosum Albertum Sekowski et eius
Successores. prædicta omnia bona taliter per nos sibi donata ni possim
apprahendenda: et cum omnibus eorum fructibus, proventibus vti-
litatibus, attinencÿs pertinencÿsq generaliter vniuersis. tenenda,
habenda vtifruendaq, nec non danda, donanda, commutanda
vendenda alienanda, et in usus suos suorumqs successorum be neplā-
citos perpetuo et in æuum conuertēn. Quod vniuersi et singulis

præsertim verò Magistratui civili Mlaweñ notum esse volu-
mus eidemq; mandamus ut præd:icto Generoso Alberto Sekowsky
in adeunda eorundem bonorum possessione ope et auxilio suo adsint
et efficiant, ut primo quoq; tempore ea donatione potiatur ac de
occupatoribus bonorum eorundem ius dicant indilatamq; iusti-
tiam administrent. Pro gratia nra ac debito officiorum suorum
In cuius rei fidem &c Datum Cracoviæ die nonâ Mensis octob:
Anno Domini M. D. C. III Regnorum nrorum Poloniæ decimo:
Sueciæ verò anno decimo

Sigismundus Rex

Bona in Warka iure caduco Adamo Truskowski dantur

Sigismundus &c Significamus &c Quia nos bona omnia mo-
bilia et immobilia hîc et extra cũitatem nram Warecen̄ summasq;
pecuniarias apud quascunq; personas et ubicunq; locorum existen̄ post
obitum cuiusdam Andreæ Beloky; certis legitimisq; de causis ad fi-
scum et dispositionem nram iure caduco devoluta, Nobili Adamo
Truskorosky Stipatori nro eiusq; legitimis successoribus iure perpetuo
et irrevocabilis donationis titulo dare et conferenda esse duximus pro:
ut damus et conferimus præsentibus literis nris, ita ut eadem bona
caduca omnia iure vindicet sibi possessionem apprehendat, ac ea teneat
habeat, possideat, et in suos suorumq; successorum usus beneplacitos libere

convertat

conuextat, pleno iure hæreditario temporibus perpetuis. Quod om:
nibus quorum interest, præsentium vero Magistratui ciuili Parochen: a:
tÿsq; sub quorum iurisdictione bona præfata consistunt notum éé
volumus mandamusq; ut donationem nram præsentem quamprimu
à præfato Donatario nro ea de re compellati fuerint ad effectum
et in executionem deducant. eigs in adeunda bonorum præfato:
rum iurisq; caduci possessione operam suam pro ratione munerum et
officiorum suorum præstent, ac ea bona omnia ipsi tradenr curent
vel hi in quorum manibus et potestate illa fuerint absq; mora et
recusatione quauis ipsi tradant. Pro gra nra in cuius rei fidé
Datum Cracouiæ die xix Mensis Octobris Anno Domini
M. D. C. III Regnorum nrorum Poloniæ xvi Succid vero decimo

Sigismundus Rex

Facultas ciuitati Alissien, recuperan quor mansos cum argula ad villam ips Dobrzec pten.

Sigismundus etc Significamus etc Quod cum villa Dobrzec
antiquissima fundatione Ducum Przemislai et Henrici prædecess:
sorum nrorum, tum et declaratione sexti olim Sigismundi Au:
gusti Auunculi nostri nostrogs decreto eo nomine lato iure ha:
reditario ad ciuitatem nram Alissien spectet, ab eadem villa

quatuor mansos agri steriles et arguli am alias Niwisko successu
temporis ad canonicatum Calisien deuenisse et annulsam esse, deinde etia
post mortem Gnabilis Uberti Pegorselli canonici Calisien a dc:
functo nuper Rndissimo Archiepiscopo Gnesnen Stanislao Karn:
kowsky, consensu capituli sui Sanctissimiq Dni Pontificis maxi:
mi nra etiam ratificatione accedente una cum alijs nonnullis bonis
Ecclesiasticis, Collegio Societatis Jesu Calisien adiunctam et incorpo:
ratam esse. Quod ipsum Collegium cum prae memorata bona ciui:
tati Calisien ob meliorem conditionem suam hoc tempore vendere
ac postlimino restituere in animum induxisse intelligamus, eoq nomi:
ne consensus et ratificatio nra requireretur: faciendum nobis arbitra:
ti sumus ut supplicationi eo nomine nobis facta assentiremur, ciui:
tatiq commemorata Calisien potestatem faceremus, quam quidem fa:
cimus per has nras eosdem quatuor mansos agri et arguli ex pote:
state et dominio praenominati Collegij, consensu prouincialis illius
quo meliori modo potuit redimendi, recuperandi, recuperataq eadem
bona, tenendi, habendi, possidendi, ysq plene et integre utifruendi
perpetuo et in eium. Quae bona cum praememorato modo recuperata
